



G A U D E O



John Carter Brown.



John Carter Brown.
John Nicholas Brown.



१०८

॥ तिरुमोहनाम्बादि यामीनाम्बादि यामीनाम्बादि यामीनाम्बादि यामीनाम्बादि

သုတေသနများမှာ အရွယ်အစားများမှာ ပေါ်လေ့ရှိခဲ့သူများ၏ အမြတ်ဆုံး အကြောင်း ဖြစ်ပါသည်။

ଶ୍ରୀମଦ୍ଭଗବତପ୍ରକାଶନ ପରିଚୟ

PROGRESSVS FIDEI

CATHOLICAE IN NOVO ORBE.

I.

IN CANADA, SIVE
Noua Francia.

II.

IN COCHINCHINA.

III.

IN magno CHINENSI
Regno:

De quo R.P. NICOLAUS TRIGAUTIUS
Societ. IESV libris V. copiosè & accurate
scripsit.

Multa lectu jucunda, & admiranda; multa etiam imitanda
Christianæ virtutis exempla,
Catholicis omnibus Europæis proponuntur.

Excerpta sunt ex recentibus annuis litteris Societatis IESV,
ex nouo Orbe missis, & Typis in Francia, Belgioqz,
recenter editis.

—
—
—

COLONIAE AGRIPPINÆ,

Apud JOANNEM KINCHIUM sub
Monocerote veteri.

Anno M. DC. LIII.

Permissu Superior. & Privil. S.C.M. general.

LECTORI
*Orthodoxæ Fidei propagationis
cupido.*


Mice Lector, miram cœli Prouidentiam
hic animaduertes, quâ D E V S O P T.
M A X. variis, & admirandis modis, atq;
euentibus Fidem Catholicam (sine quâ
impossibile est placere D E O) propa-
gat, & de regno in regnum mirabiliter transfert,
eamque genti facienti fructum communicat. Videbis
hicitiam, quomodo in hac Fidei propagatione Chri-
stianæ virtutes heroicæ exerceantur; Pastores anima-
rum dura & aspera plurima patiantur; Oves & Agni
In ouile Christi recenter inducti à lupis, id est, Per-
secutoribus dilacerentur, & crudeliter occiduntur.
In quibus omnibus tempora Apostolorum Orbem
conuertentium innouata recognosces: D E V M O P T.
M A X. in istis Fidei progressibus laudabis: Persecu-
tionem patientibus magnum animi robur à Deo ex-
orabis: Teq; his Christianis heroicis exem-
plis ad imitationem excitabis.
Yale, & fruere.

3

PROGRESSVS REI CATHOLICÆ IN CANADA, SIVE NOVA FRANCIA,

*Grauisq; Persecutio, in quâ plures nouelli Catholici, tresq; Pa-
tres Societatis Iesu illorum Pastores, pro Fide Orthodoxa
crudeliter à Barbaris occisi sunt Anno 1648 &
1649. Excerpta ex Relatione*

P. PAVLI Ragueneau Societ. Iesv, impressa Parisijs,

 N CANADA, regione aspera ac difficulti, Septen-
trionali cœlo, frigoribusque subiecta, Religio
Catholica à Francia ante annos 17 trans mare
Atlanticum deportata, & à Patribus Societatis
IESV Inter Barbaros, agrestesq; homines magno cum
fructu prosemnata fuit & exculta, cōversis ad Fidē Catho-
licā plurimis eius terræ Inquiliois. Pluriū conuersioni ob-
stitit Operatorū in ea domini vinea paucitas, eorum maxi-
mè qui instructioni muliebris sexus vacarent. Atum est
taque cum Franciæ Provinciali de Patribus Societatis
IESV pluribus submittendis: Atum cum Archiepiscopo
Turonensi de auxilijs alijs eam in messem, quæ matura vi-
debatur, procurandis. E Societate quatuor novi Opera-
rij Sacerdotes submissi. Instiūtrices alterius sexus inue-
ire, & in tam remotas trans mare regiones transferre,
maioris fuit difficultatis. Re tamen bene deliberata, & cū
Deo piè communicatâ, permotæ sunt ab Archiepiscopo
suo Religiosæ Virgines Ursulinæ Turonenses, ad utilem
illam per horrida maria, barbarasq; gentes profectionem,
solo animarum lucro, promouendæq; Dei gloriæ intuitu,
fusciendam, pro quibus, & barbaras linguas, Huronicam
& Algonquinam didicerunt, & ad plurimarum conuer-
sionem, iustructionemq; animarum studiosè incubuerunt,
atque mirificè profuerunt, scholas puellarum aperiendo,
seminaria Agrestium fæminarum instituendo, fidem Chri-
stianam, literas, bonos mores, artesq; muliebres edocen-

do, ægris, ac morituris magna patientia atque charitate domi inferiendo. At Patres Societatis domi, & foris, in syluis & auijs, per altissimas niues discurrendo Barbaros instruunt, ac conuertunt. Talibus principijs Christiana res inibi feliciter inchoata, haud diu malaciâ ac tranquillitate est usq; exsurrexit mox à vicinis populis, maximè ab Iroquiis Septentrioni vicinioribus, Holandorum confederatis, grauis in cōuersos ad fidem tempestas, quæ, quomodo recenter perculerit, mortique inuoluerit plurimos Fidei Catholice aggregatos; Patres item aliquot Societatis IESV, Pastorum vices apud hosce populos studiosè agentes, breui relatione factorum recentissimorum, ex annuis literis Anni 1648. & 1649 Societatis IESV acceptorum, ostendam, ad solatium spirituale Catholicorum omnium, zelumque suæ Religionis amplius accendendum.

C A P V T . I.

Relatio status missionis Sancti JOSEPH, & quomodo in ea Pater DANIEL Societ. JESV, strenuus ibidem Operarius, cum multis aliis Catholicis, pro Fide fuerit occisus.

Missio S. Josephi duos iñ se pagos terræ Hestili Iroquiorum conterminos continebat, in quibus 400 circiter familie Catholice fidei vario Patrum Societatis IESV labore adscriptæ crescebant indies numero ac feruore, indefatigabili maximè studio, operaque Patris Antonij Daniel, vnius è primis loci illius missionariis Evangelicis. Hanc missionem æstate Anni 1648 totam fere septentrionali populi gentiles, barbari; deleuerūt, obseruata occasione absentia præsidiariorum, qui vel ad venationem, vel ad militarem expeditionem alio missi distiebantur.

Hic uno dierum vix P. Antonius Sacrum Missæ officium absoluera, ipsique Christiani more suo ante Solis ortum templum adhuc replebant, suamque deuotionem continuabant, cum ecce conclamat ad arma, conuocatur

ur viri ad repellendum hostem, qui ex improviso aderat, & fossas, operaque sua iam pago vicina promouerat. Aliqui tum ad confitum se conterebant, alii fugam quærebant; nihil hic nisi terror ac trepidatio regnabat. Pater inter primos proripit se eō, vbi prima videt flagrare pericula, animos addit Catholicis ad se suosque generosè defendendum, deque cœlo ac inferno tam animosè differit, vt eo suo feroce quorundam etiam rebellium corda peruperit, Christoque, ac fidei orthodoxæ subiecerit. Horum numerus tantus fuit, vt, cum non posset viritim quemque baptizare, coactus fuerit stropholum suum aqua madefacere, itaque (cum necessitas id vrgeret) Dei gratiam cum aqua baptismi & verbis, Agrestibus illis populis affudit, misericordiam inclamatibus, quæ baptismi collata fuit.

Hostis interea impressionem furiosissimè vrgebat, dum illi in fauibus moris constituti viam salutis, portum vitæ immortalis sunt assecuti.

Cum Pater animaduerteret Iroquios loco potiri, et si à pluribus fuga sibi consulentibus sollicitaretur, vt se comitem fugæ adderet, sui quasi oblitus, mē morq: senum quorundam & agratorum, quos diu ante ad Baptismum disposuerat, percurrit subito Cabanas loca habitationis eorum, easque zelo suo replet, vbi & ipsi Infideles suos infantes baptizandos obtulerunt, vt moicerentur Christiani.

Victor interea hostis ferro, flammaque vastabat omnia, & sanguine Fæminarum, atque Infantum furorem suum irritabat, non satiabat. Pater volens in Ecclesia sua mori, eo que se conferebas, reperit plenam Ecclesiam Christianis, atque Catechumenis Baptismum sibi conferri exceptantibus. Hic tum illos derepente absoluīt, hos sacris vndis ab uit, omnes plenos bonis spebus efficit, exclamando: Fratres mei, hodie omnes nos in cælo erimus.

Vt hosti suboluīt, Christianos magno seculo numero in Ecclesiam coctulisse, & quod hic präda posset sperari omnium optimissima. Stupendis vociferationibus editis, eo se proripit. Hic tum Pater conuersus ad Neophytes, fugite, inquit, Fratres, fugite, vobis-

cumque fidem ad ultimum usque suspirium deportate
mibi hic manendum ac moriendum , dummodo adhuc
licuius animam lucrari possim. Pro vobis mori , nihili
pensi duco, in celo nos iterato videbimus.

Sic egrediens templo hosti ingruenti occurrit , qui
miratus hominem unum venire sibi obuiam , habet , im-
retrocessit , quasi Pater terrorem toti armatae cohorti
solo vultu suo incussisset. Recolligentes se tamen milites
seq; ipsos demirantes , alter alter animos fecit. Patremq;
ex omni parte circumdebet , vibratisq; iaculis conter-
erunt , donec istu bombardæ pectus totum disperderunt
cum subito collapsus Pater nomen I E S V devotè pronun-
tiab; spiritum Deo reddidit. Verè bonus Pastor , qui pro
Grege suo , & vitam & animam dedit.

Mox tunc Barbari irruerunt in illum tanto furore , a-
si solus ille odij sui obiectum fuisset. Nam detractis ve-
stibus denudarunt , mille modis indignissime tractauerūt
nemo omnium fuit , qui non gloriam sibi inde quæserit
quod illi sua manu plagam intelisset.

Vulcanus interim longè lateque per omnes cabaadas
grassabatur , qui cum templum etiam corripuisse , in me-
dios flamarum vortices Patris cadaver coieatum fuit , vi-
plenum Dei holocaustum redderetur.

Interim dum hostis circa Patris tragœdiam occupa-
tur , grex eius mirabiliter dissipatus spatiū habuit ali-
quod se in tutum conferendi , morte Pastoris sui suam vi-
tam seruantes. Aliqui tam cito se subducere haud potue-
runt , maximè vero miserae ac desolatae matres gementes
sub onere duarum , trium , vel quatuor prolium innocen-
tum , quæ sub densitate syluarum ploratibus suis , sesuasq;
matres prodebant , mortemque procurabant.

Iam tum annis quatuordecim bonus hic Pater in
hac Huronum missione indefatigabilis graues labore
subierat generoso semper animo in occurrentibus malis
patientia invincibili , dulcedine immutabili , talique cha-
ritate , quæ omnia facere , pati , & excusare nouerat. Hu-
milis eius sincera erat , obedientia integra , ad omnia
prompta semper ac parata , zelus eum ad mortem usque
conducere est neq; improviso casu vello diminutionem es-
pas-

passus. Semper enim animam suam in manibus suis ferebat. Sed diuina Prudentia singulari modo bonū Patrem ad eam mortem disposuit; duobus enim ante diebus generalem vitæ suæ confessionem peregit, inq; residentia S. Mariæ Spiritualia S. P. Ignatij exercitia toto octiduo absolvit, seq; ad æternitatem disposuit, quam inuenit. In illis, magis quam vñquam, cor suum accedit ad fundendum sanguinem, vitamque ponendam pro salute animarum: adeo ut nec vnum quietis diem post exercitia capere voluerit, sed trahentē Deum ad suam missionem securus animo magis igne cœlesti ardens, quam consumptum in flammis corpus senserit exteriorem ardorem. Nunc, quia maior Dñs gloria id requirit, prodigium sequens adiungo. Dictus Pater apparuit post mortem suam, idque pluries, vni è nostris. Vna vice exhibuit se spectandum in statu corporis gloriosi vultu hominem triginta annorum referente, cum prope quinquagesimum ætate sua attigisset. Huic, cui se manifestauit, summum fuit desiderium cognoscendi, prout is etiā interrogauit, quare Dei bonitas permisisset, tam male haberi corpus serui sui post mortem, illudque adeo in puluerem redigi, ut nec quidem huius aliquem puluisculum colligere potuerint Christiani. Cui solum respondit: Magnus Dominus & laudabilis nimis. Coniecit bonus DEVS oculos misericordiz suæ in serui sui opprobria, pro quibus donauit magnum dumerum Animarum è purgatorio liberatarum, quæ me comitarentur in cœlum, meumque ibi triumphum amplificarent.

Alia vice visus est dictus Pater assistere congregatiōni, quam habemus, agentes de medijs propagandæ Fidei, in hisce partibus: apparenſsq; animos nobis addebat, lumineque ac spiritu Dei replebat, quo prædictus fuerat. Certe viuo suarum virtutum exemplo mire Fideles & Infideles, Agrestesq; adhuc ædificauit, tamquam tenerum sui affectum in eorum memoria suscitauit, ut in veritate dicere possim deuinxisse omnia corda eorum, qui ipsum aliquando cognouerunt. Fuit hæc prima tempestas, quæ in missione S. Iosephi hoc tempore nouale orthodoxæ Fidei depopulata est. Numerus occisorum aut in captiuitatem abductorum fuit circiter septingentorum, mulieribus

vñà, infantibusque computatis. Maior fuit numerus eorum qui se fuga, perditis rebus omnibus, proripuerunt, sequentes ad nostram S. Mariæ residentiam receperunt, vbi Nostrorum charitas desudauit in eorum nuditate regenda, fame pellenda, vicina morte remouenda, omniq[ue] solatio possibili adferendo, maximè vero solando spe intrandi postmodicū paradysi. Hæ omnes aduersitates gratæ nobis acceptæque futuræ sunt, modo ex his maior DEI gloria excrescat, maiorq[ue] fiat electorum numerus in cælo, quem nostris in laboribus intendimus.

C A P V T II.

Quis status Religionis Catholica in ea patria.

Caudium magnum fecerunt in hisce terris auxilia quatuor Patrum submissa nobis ex Francia, sic fui mus octodecim pro hac vinealate fusa operarij, quorum 15 in undecim missiones diuisi, quatuor noui adiuncti sunt singuli singulis socijs donec patriæ linguam addiscerent, reliqui cum Angelo custode socio nouale hoc excolluerunt: Octo missiones inter Hurones, tres aliae inter Algonquinos populos alterius linguaꝝ, fructus spe nostra ubiores collegerunt. Nam quos ante præferoces vidimus, Christiana doctrina mansueti ac docibiles Dei sunt facti: ut notare fuerit eos fructus plus Angelorum collaboratum, quam hominum fuisse. Numerus eorum qui intra annum Baptismo abluti fuerunt, circiter est octingentorum, præter eos quos Pater Antonius Daniel die quo oppidum Sancti Joseph euersum est, baptiz.uit: & quos PP. Brebeuf, & Lalemant sub queretione oppidi missionis S. Ignatij ob festinationem numerate non potuerunt: Sufficit nobis sciere cælum, tunc plurimis nouis in quolinis locupletatum fuisse.

Intra Algonquinos, natio est hinc ad 60 millaria remota occidentem versus, ad quam vehementer, potentem vnustrorum Patrum missus est, ut cum iis hiemem transigeret, populumque in Fide informaret. Habitant illi in Insula ambitu suo 60 leucas comprehendente iusta-

ma-

magnum lacum aquæ dulcis, quam Insulam Mariæ nominauimus.

Alia missio Conceptionis B. Virginis omnium missiorum vetustissimam dignos Christiana vocatione fructus protulit, ut exemplar fierat cæterorum, & ob id signanter Natio Christianorum vocabatur. Horum Capitanci, atque familiæ omnes, pauculis exceptis, mire pro nostra Religione Zelarunt veteres omnes ritus & consuetudines Infidelitatis suæ exterminantes. Ad initium hyemis Consilium coegerunt, disquirentes vnanimitates promovendæ inter sa Fidei Catholice, conclusio fuit, Patrē huc Missioni præpositum esse aedandum, rogandumque, veniret, mores eorum inspiceret, & quod virtuosum in eis deprehenderet, emendaret, se in omnibus eius ordinationibus perfectissime morem gesturos, quod egregiè præstiterunt. Inter cætera hoc vnum obseruatione dignum est, quod cum Infideles quipiam pertinaciores iudicarent pro auertendo morbo certo utendum impudicitiæ medijs, inter filias nulla inueniri potuit, quæ ad hoc operam suam conferre vellet cum magna multorum admiratione.

Sed etiam Zelus in Senecione prope octogenario admirabilis emicuit, cum Gentilis vous more patriæ datus publicos ludos fingeret se furiosum, eoque furore percitus destinasset se de Christianis, qui sibi aliqua in re obstitissent, vindicare, eorumqne fores Ecclesiæ, & campanam sublimi ante templum arbori appensam, qua ad diuinitum officium homines convocabantur, pessundare ac deturbare, dictus senecio rem animaduertit, zeloque plenus occurrit furibundo, securi armato tendenti ad Ecclesiæ fores pro patrando facinore concepto, cominusq; ad hominem impium securim vibrantem ait: age, age securim capiti meo huic capo infige potius, feram tolerabilius, quam ut domui Dei plagam aliquam inferas. Hac senis animositate territus & obstupefactus Ethnicus hæsit, animosq; ac furorē dimisit, sene adhuc acclamāte. Confiteor ac publice proclamo, nolle mé, ab illo morte meā vindicari, hanc profide mealibens feram, sed domui Dei. & voci, quæ nos ad Ecclesiā vocat (Campanā intelligebat) iniuriā interrogati haud patiar. Sic bonus senex plandētibus alijs victor ex hac arena discessit.

Certe cum hos aliosque huius nationis fructus considero, vehementer eos admiror, quos tam breui spatio temporis enatos so. annorum decursu spondere nemini potuisse. Fuit mihi magno gaudio videre mera in barbaria educatostam recenter conuersos praeuenire solem aditum templi, auditione missæ, oblatione suorum totius dicti laborum: audire innocentias animas filiorum, dum se in agros vel sylvas laborum causa conferunt, rosarium orando percurrere, Fidemque Christianam ostendere viuas altissimasque radices egisse in cordibus Barbarorum.

Aliud innocentis animæ gratum D E O Angelisque spectaculum hoc fuit. In missione S. Michaelis pufio 6. annorum grauissimis capitis ardoribus torquebatur, quod Christiana mater sine lachrymis intueri non poterat noctans mortem appropinquantem. Cui pufio ait. Mater charissima, cur ploras? lacrymæ tuæ mihi sanitatem non restituent: potius DEV M ambo oremus, ut sim beatus in cœlo. Post factas preces aliquas, infert Mater, Fili volo te ad S. Mariæ residentiam, quo Franci (per hos intelligebat Christianos) tibi restituant sanitatem. Tum Puer, O dilecta Mater, ardentem habeo in capite ignem, possentne ipsi extinguere? Non amplius de vita cogito, velimque ne & tu mater pro ea sis sollicita. Indicabo tibi, cum mortis meæ tempus aderit, tunc rogo ut me transferas ad S. Mariæ residentiam, ut ibi moriar, & inter bonos Christianos sepeliar. Et vero post paucos dies Puer monuit Matrem mortem suam esse vicinam, tempus esse transportandi se ad dictum locum. Moris est his in locis, cum quis morti vicinus est, solenne epulum instituere, amicos omnes ac Proceres populi conuocare facile centenos. Mater itaque suo hic officio deesse noluit, ut suum animi sensum in filium ostenderet, quod hic animaduertens, conuersus ad matrem ait, O mater vis ergo ut sim causa peccatorum alienorum, dum adeo morti vicinus agor abrenuntio omnibus superstitionibus patrijs, mori cupio ut bonus Christianus. Filiolus existimabat hunc ritum esse inter prohibitos Ethnicorum mores, neq; aliter credere voluit, donec Pater misericordissilius affirmaret illi hoc in epulo nullum esse peccatum. Hic parvus Angelus epulo finito ad residentiam nostram

stram S. Mariæ delatus fuit, & mox etiā inter nostras manus pīssimē expirauit, dictansse ad cōlū proficisci, ibi se Deū pro nobis oraturum. Insuper à matre petiit, pro quo amicorum vellet à se coram Domino fundi preces, omnino sperare se exaudiendum. Et vero exauditus est, nam exiguō post mortem tempore vñus quidam Pueri Auunculus inter maximos Fidei nostræ aduersarios præcipuus, simulq; Amīta ad fidem conuersi sunt. Filia etiam minoris quam hic puer ætatis, scilicet annorum quotidie mane & vesperi iu missione S. Ignatij nostrum templum frequentabat, parentibus licet adhuc Ethocis, & cum Christianam doctrinam sufficenter imbibisset, petiit ardētissimē baptismum, quē ei concedere debuimus animi fortitudine ætatis requisitæ plenitudinem superante. Aliquo post tempore incidit Puellula in ægritudinem, cui ut mederentur Parentes euocarunt ad filiolam Magum Patrium, seu Impostorem, qui mimica inferni exercens declamitabat à certo Dæmone si liam torqueri, eumque placandum esse oblatis Filiolæ nouis vestibus, atque ornamentiæ ætati isti desideratis. Puer hæc inaudiens, vires in se zelo Dei excitauit, ut dicto Mago refragaretur, eumque mendacij argueret, diceretq; nec se ornatus corporis nouos petere, neque dæmonem in se ullam potestatem habere, quod Christiana sit, neq; peccato ulli amplius consentiat. Amouete à me hæc ornamen ta addit, non hæc, sed DEVS me solus sanabit. Parentes, & circumstantes amici hac Magi sui incusatione valde attonti facti fuerunt, nolentes tamen filiolæ afflictionem augere, Minimum hunc facessere iusserunt: sed creuit admiratio Parentibus cum eodem die paruula petit nostrum in templum deferri, afferens se certo ibi sanandam, quod factum est. Hoc miraculo inducti Parentes & ipsi crediderunt, & nostra in fide baptizati sunt, DEUM verum depra dicantes, quod tam suauibus mediis ad orthodoxam fidem adducti fuissent.

Aliud miraculum circa puellam is annorum contigit. Fuerat hæc puella adhuc Catechumena anno superiori ab hostibus capta, & abducta in terram hostilem. Filia erat matris & sororis excellenter Christianarum, quē nihil magis in graui iactura, quam tulerant, deplorabat, quam quod foror

soror captiuam necdum esset baptizata. Ipsa etiam captiuam nullare magis affligebatur, quam quod necdum baptismum receperisset, hæcque; ideo suspitia eius erant inter difflente lacrymas, mihi Deus, & Deus matris ac sororis meæ, quæ te melius cognoscunt, quam ego, quæque; tibi fidelissime deseruiunt, misericere mei, necdum fui baptizata, gratiam hanc indulge, ne ante baptismum moriat. Haud surdo cœlo preces exceptæ sunt: nam cum tanquam mancipium captiuum in agro sementem faceret frumenti Indici, cœlitus vocē exceptit, quasi cantantium in aëre, tono quo apud Christianos Vesperæ decantantur: at nihil conspiciebat. Proruit in genua, orat Deum, magnamque suæ liberatio- nis spem concipit, et si nulla media se offerrent. Aliquot diebus post, idem illi accidit, immo & tercia vice cum labo- rum causa ad eundem locum reuertisset. Hic sentiens in oratione maiorem sibi & fiduciam, & magnanimitatem indi, viæ se cōmisit plane incognitæ, duce illo solo, qui sibi id inspiravit, cuius ope progrella in incertum, 80 milliaria per auiam deuiaque; pedes confeicit, hucque; feliciter primum ad nostram S. Mariæ residentiam appulit, petens instanter baptismum, quem contulimus nolenti ad matrem, sororemque prius redire, et si breuiori compendio potuisset. In sua captiuitate saepius requisita fuit ad impudica, sed nunquam consensus vel verbum ab ea iuhonestum exprimi potuit. Adeo ut ob id Barbari aliquoties ad eam occidendam con- spirarint, ipsaque tanquam agnus ad lanienam se voluntariè disposuit, mortem præeligens iactura virginitatis suæ. Plura eiusmodi narrare possemus, sed breuitatis causa supersedemus, hoc addentes solum, miram animi resigna- tionem notatauam fuisse in pluribus, qui Coniugibus, filiis ac filiabus spoliati, bonis omniibus exuti, præ iactura omnium magno gaudio habebant, quod Fi- dem Catholicam edocti tenerent, bonis omnibus utiliorem pro vita æterna possidenda.

* * *

C A P V T III.

*Inuasio & occupatio oppidorum missioneis S. Ignatij mense Martio
Anni 1649.*

Verunt aliquamdiu progressus nostræ Religionis felices in hisce partibus, donec dies 16 Martij initium dedit infortunij nostris, si tamen infortunia dicenda sint, quæ pluribus Electorum causa fuerunt æternae salutis adeptæ. Promanarunt ea ab Iroquois (Huronum inimicis) mille circiter capitum, qui fere omnes bombardis igniariis armati erant Hollandorum sibi confederatorum beneficio. Appulerunt hi tenebris nocturnis recti ad huius patriæ limites plane ex improviso, superatis inter niues facile ducatis milliaribus, & ante lucem, oppidum, quod S. Ignatij nominamus, explorarunt, iam tum desertum ob pericula à maxima parte inquinitorum. Erat hoc tribus in partibus cinctum sepimento è spinis alto ad sedecim pedes, fossaque præalta, fere satis à natura munitum, nisi quod latèri quarto reliquis minori haud satis erat prospicuum. Ex hac parte Hostis prima luce locum secretissime inuasit; ita ut iam tum eo potiretur antequam incolæ expergefacti ad defensionem accurrerent, denis tantummodo hostium desideratis. Cæsi sunt hic viri, fœminæ, infantesque plurimi, pars eorum aliqua capta, & ad exempla crudelitatis maiora reseruata est. Iactura fuit capitum circiter quadringentorum. Tres tantum viri per niues nudie euaserunt, qui hostes adesse nunciaverunt vicino oppido S. Ludouici, vno tantum milliari ab altero distanti. Nec vero illi diu mortati ante lucem plenam adfuerunt ut oppidum inuaderent. Vix fœminæ atque pueri puellæq; fuga se in sylvas proripuerant, cum se hostis ostentat. Erant circiter 80 cordati inquinini, qui primum, secundumque hostis assultum fortiter sustinuerunt, repuleruntque cum cum iactura 30. circiter capitum audaciorum, plurimaque læsorum. Sed tertio assultu deieicto securibus palorum obstaculo irruentes loco potiti sunt. Circi horam

ram nonam nos ex domo missionis S. M A R I A E no-tauimus ignes , qui carbanas capti oppidi combure-bant , iniectis in eos senibus , ægris . & infantibus , item-que læsis omnibus , quos secum abducere non poterant . Moxque tunc à duobus Christianis ! fuga elapsis res tota . quæ agebatur , annuntiata fuit nobis in vicina] missione , leuca vna ab incendio distante attonitis .

In eo S. Ludouici oppido erant tunc Nostrorum Pa-trum duo , P. Ioannes de Brebeuf , & P. Gabriel L'alemant , qui pro sua missione S. Ignatij quinque oppida diuersa do-trina Christiana excolebant . Hos ibi Christiani rogaue-rant , vt se temporis subducerent , vitamque suam multorum boao referuarent , quod ijs facile factu fuisset , nam ad pri-mum aduenientis hostis nuntium plures quam 500 perso-næ fugæ se conseruarunt ; sed Patribus charior fuit ouium suarum salus , quam vita] suæ amor : tempusq; sibi oblatum pretiosissimum beneficium tunc collocandum consuerunt . Vnus agebat in loco factæ irruptionis baptizans Catechumenos , alter circa Neophytes absoluendos totus erat occupatus : ambo omnibus Christianis animos addebat ad moriendū fortiter pro sua Religione . Hæc inter Gentilis vnum des-pe-rans in resistendo hosti præualenti , fugam suadebat . sed Christianus cordatus Stephanus Annaothalia maximi inter suos ob fortitudinem militarem semper æstimatus noluit in eam consentire , dictitans ; nos ergo desereremus optimos hosce Patres , qui pro nobis vitam suam mortis pericu-lo obiecerunt ? Amor etgo salutis nostræ . illis erit causa mortis suæ ? Non est illis nunc occasio amplius per altissimas viues fugiendi . Moriamur cum illis , & in eorum socie-tate una cœlos petemus . Sic ille se generose morti obicie-bat , qui paucis ante diebus (vti & plures ex eo oppido ho-mines) generali confessione animam expiarat , seque cum eis æternæ vita] (sancta Dei providentia id agente) egregie appararat , cum quo omnes Christianorum turmæ viuæ in hostium potestatem venerunt , non tunc in furore occisæ , sed grauioribus pœnis , nobilioribusq; Fidei suæ coronis reseruatae : quos inter Duo Patres mox vt venerunt in ho-stium potestatem , omnibus vestibus spoliati verbera & contumelias graues experti , cum alijs captiuis ad lanianam abducti , vti infra dicetur .

Hæc

Hac clade illata, redacto que in cineres oppido S. Ludouici, Iroquij mox se ad oppidum S. Ignatij suis præsidarijs munitum receperunt; hoc enim non fuerant omnino demoliti, tum ut se eo, si periculum instaret reciperen, tum vt annona itibi reperta se reficerent.

Sub noctem eiusdem diei miserunt exploratores, qui indagarent statum domus nostri ac oppidi S. Mariæ, cum cum signis assenserent in consilio militari decreta est sequeori die mane oppugnatio, à qua sibi gloriosem prioribus omnibus victoriam præsumebant. Eramus ad defensionem parati, omnesq; Franci bene animati erant ad pugnoandum & moriendum in tam bona causa pro Fidei suæ defensione. Hurones etiam Autinmaoenten dicti, ab Urso quem armis insculptum habent, festinantes conuenerant circiter trecenti, qui latitantes exspectabant maiores sociorum copias, spectabantque ut ex insidijs turmas hostium aliquas inuaderent. Occasio data est, cum ducenti Iroqui separarent se à suo exercitu, vt venirent ad nos, obsidionemque inchoarent, dum ille sequebatur. In eos occiderunt nonnulli Huronum præcursores, qui non valentes resistere fugerunt hoste in sequente usque ad nostram munitionem, qua in velitatione nostrorum aliquot occisi medijs in nubibus perierunt. At Huronum animosiores pedem figentes, fortiterque pugnantes coegerunt Iroquios recipere se in Burgum S. Ludouici, in quo Cabanæ quidem omnes igne assumptæ erant, sed palorum munitio relista fuerat. Hic tamen Hurones nostri animosè pugnantes prævaluerunt, & triginta circiter captiuos cum loco detinuerunt. Intelligens hostilis exercitus Sociorum suorum cladem, mox adfuit, irruitque in nostros Victoria sua animatos, qui erant auxiliares copiæ ex Burgo immaculatæ conceptionis, & ex Burgo S. Magdalena. Nec conciderunt animis, et si eorum tantum essent 150, sed præmissis ad Deum precibus sustinuerunt assaultum in loco vastato & prius ab hoste capto, & à se recepto, iam non amplius ad defendendum apto. Assaultus furiosus fuit ab hoste, fortis resistentia à Christianis. Imo & hi aliquoties eruptiones fecerunt in hostem, et si numero essent exiguo, coegeruntque aduersarios retrocedere. Sed quia oppugnatio diu durauit,

durauit, etiam in ipsam noctem, & quia non nisi viginti circiter Christiani saucij fere omnes restabant, victoria penes hostem manebit, sed cruenta, nam eorum Dux grauerter Iesus fuit, & centeni suorum circiter animosissimorum militum ceciderunt.

Ea nocte in nostro S. Mariae Burgho excubarunt Franci nostri in armis, expectantes prima luce hostem portis suis ad futurum. Patres nostri cum inermi populo precibus vacabant, auxilium à Deo solo expectantes. Cumque vigilia S. Iosephi patriæ huius Patroni ageretur, tanto confidenciorem habuerunt omnes ad eum recursum, quanto potentiores apud Filium suum recognoscabant.

Nostris Sacerdotes omnes votum fecerunt singuli quot mensibus anni totius Sacri dicendi in honorem S. Iosephi: Alij omnes de plebe voto se obligabant ad diuersas pænitentias missis nostris adiungendas, pro gratiâ à Deo obtinenda conformandi suas voluntates cum diuina perfetè, siue ad vitam, siue ad mortem. Sicque nos tanquam victimas Deo consecrandas considerabamus, horam expectantes, qua placet eas diuinæ Majestati suæ immolari.

Dies illa tota translata est in alto utrumque silentio: & tota patria in paurostet magno, cladem magnam subsecuturam expectans.

Vt illuxit 19. dies Festus S. Iosepho, exercitum hostilem invasit subito terror ingens, quorum aliqui subtrahebant se soluti ordinibus, alijs nil nisi fugam respectabant. Capitanei omnes coacti sunt terrori iniecto obedire, receptumque permittere, in quo Christianos captiuos suos alii quod partis spolijs onerarunt, secumque abduxerunt, eos victimas morti disponentes.

Alios Capriuos in loco ipso oppidi S. Ludouici, quod receperant, palis ad combustas cabanas erexitis affixos & alligatos, cum excederent loco, igne iniecto viuos combusserunt. Lætantes audire miserabiles morientium in flammeiulatus Seniorum Virorum, atque Mulierum cum filiis ad earum pedes exspirantibus.

Vbi Vir uxorem suam, & hæc Virum iuxta se torri miserando spectaculo intueri cogebatur, quo vel ipsa crudelitas commoueri potuisset.

Vnica anus incendio se substraxit, inq; Burghum S. Michaelis profugit, gestaq; hæc annuntiauit, vnde septingenti armati hostem magnis itineribus abeūtem sunt duobus diebus frustra infsecuti, defectu annonæ redire coacti, solum in itinere suorum quosdam deprehenderunt ab hostibus relictos vel semitostos, vel filio securi craneo iam ferè exspirantes, quibus ut poterant auxilium attulerunt.

C A P V T . IV.

De felici morte P. Iohannis de Brebeuf Societatis I E S V , & Patris Gabrielis Lalemant.

P Osteaquam die in sequenti mane per captiuos fuga ad nos elapsos intelleximus abitum hostilis exercitus, simulque mortem Patris de Brebeuf, & Patris Gabrielis Lalemant, misimus vnum nostrorum Patrum, cū aliis 7 Francis, ut in corpora occisorum inquirerent. Ut venerunt ad locum spectaculum horridum, ac crudelissimum oculis eorum obiectum, vel potius theatrum amoris Dei in morte martyrum mirabiliter triumphantis. Neque enim tantum ex amore Dei, ex Zelo salutis proximi vitam suam exposuerunt, sed à Barbaris ex odio Fidei, diuinique nominis contemptu eam crudelitatem experti sunt, quam nec crudelissimi Tyranni pluribus Martyribus intulerunt.

Primo captivitatis momento penitus denudatis plures vngues auulsi sunt, scommata & ignominiae illatae. Abducti cum alijs captiuis in Burghum S Ignatij, captum anteab Iroquijs, primo grandinem fustium in humeros, intenes, in fœmora, in pectus ac ventrem, in vultum, aliasque corporis partes furiose decidentem sustinuerunt.

Pater Iohannes de Brebeuf hac fustium temestate obtutus, non dimisit cutam sui gregis: nam videns se Christianis discipulis suis, concaptiuis cinctum: Filij mei, ait, eleuimus oculos nostros sub maximis nostris doloribus in cælos, meminerimus Deum esse omnium nostrarum afflictionum remedium, erit is breui nostram merces magna nimis. Moriamur a hac fide, & à Deo expectemus factas nobis promissio-

ves, tormenta temporaria sunt, gloria quæ nos expectat æterna est. Tum Captiui Hurones responderunt: Echon (hoe nomine sua lingua Patres nostros compellant) Spiritus noster in cælis erit, dum corpora patientur in terra. Ora pro nobis, ut Deus sit nobis misericors, ipsum ad mortem vsq; in vocabimus. His verbis irritati fuerunt Iufidele quidam Hurones nunc sub Iroquijs militantes, veteres fidei hostes, indignabanturque quod in captiuitate tanta linguae libertate vterentur. Hinc vni manus præsciderunt alium acutis subulis perforarunt, axillis, ventri dorso rebibusque ignitas secures ferreas admodum bant, collo ignitum collare ferreum; siccq; illorum corpori ea martyrij instrumenta applicabant, vt omni momento cruciatu nouo quodocumq; se mouerent torquerentur. Cingula ex arboreum corticibus oblita pice ac resina corpori circumcingebant, quibus membra eorum torrebantur.

His in tormentis P. Gabriel Lalemant oculos in cælum torquebat, manus subinde complicans suspirijsq; Deum in auxilium vocans P. Ioannes de Brebeuf, tanquam rupe immotus ad flamas & ignes permanebat nullo gemitu edito, adeo ut stuparent eum Carnifices, qui sine dubio tunc in Deo suo requiescebat, a quo reuersus ad se, concionem tum ad Infideles habebat, tum etiam captiuos Christianos animabat.

Super zelo illius indignati carnifices, ut eum loquendi impotem redderent, os circumciderunt, nates detruncaverunt, labia avulserunt: sed sanguis eius altius claimabat quam labia, & corde necdum euulso, lingua non destituta exterritum vsque. Dei laudes annuntiare, Christianosque amplius, quam vñquam, animare.

Ad irridendum baptismum, quem Patres tempore aysultus, cum tanta charitate, administrarant necdum baptizatis, impij sathanæ administrari bullente aqua eos perfuderunt, pluribus vicibus totum corpus eorum inundantes eosque inter tormenta deridiculo habentes, his similibus que verbis insultantes. Nos te baptizamus, ut beatus evas in cælum; sine enim bono baptismate nemo saluari potest. Alij his subfaonabant: Nostractamus vos ut amicos quo vobis causa sumus maioris in cælo beatitudinis. Nobis

vos gratias ob hæc collata beneficia agite, quo plus enim
vobis tormentorum inferemus, plus Deus vester remune-
rationum conferet. Proveniebant hæc ab impijs, quibus-
dam Huronibus inter Iroquios nunc militantibus, qui a-
lias inter suos à Patribus instructi, gratiam sibi oblatam à
Deo respuerant, & in suis superstitionibus ethnicis per-
manerant. Inter tormenta quanto plus malorum infereba-
tur eis, tanto amplius orabant Deum, pio eorum conver-
sione, quibus ex toto corde omnes iniurias condonabant.
Cum palo fatali alligandi essent, in quo ultima tormenta &
mortē passuti erant, positis humi genibus præ gaudio eum
sunt amplexati, & velut obiectum amorum ac desideriorū
suorum, velutq; certum salutis suæ pignus sunt osculati.

Hic preces aliquas ad Deum fuderunt, quas carnifi-
cum indignatio abruptit, & mox Patri Gabrieli Lalemant
oculos eruerunt, in eorumque causis receptaculis carbones
ardentes immiserunt.

Patrum supplicia non fuerunt eodem tempore termi-
nata: Nam P. Joannes Brebeuf, vehementiorem tormentorum grandinem tribus circiter horis exceptit 16. Martij,
animamque cælo reddidit sub horam 4. vespertinam. Diu-
nis circa Patrem Gabrielem tormenta fuête protracta, à
6. videlicet hora vespertina, usque ad horam circiter no-
nam matutinam diei 17. Martij. Sed ante mortem scisso
crudeliter ventre ambobus vivum cor extractum fuit, quo
facto Barbari Sacrilegis manibus calidum adhuc sanguinem suo in fonte crudelissime hauserunt ac epotarunt.
Tum ut famem etiam suam explerent rabidam, partes car-
nis pinguiores ex coxendicibus, ex tibijs, ex brachijs exse-
ueruot, supra ardentes carbones in vivorum conspectu
orruerunt ac manducarunt. Eorum corpora dislocuerant
livet sis in partibus, sectionibusque ignitas secures immi-
ebant, ut doloris sensum exacerberent & augerent.

Patri Ioanni de Brebeuf à cranio cutem abstraxerunt,
desciderunt pedes, omnem carnem à coxis ad ipsa usque
issa avulserunt, istaque securi eidem tibiam diffide-
unt.

Patri Gabrieli Lalemant impegerant securim secundum
auriculam sinistram tam profundè, ut eo vulnere denuda-

tum cerebrum conspiceretur: nullam eius corporis partem
conspeximus à capite vsque ad calcem, quæ non fuerit la-
niata, & in quam viuos carbones non immiserint, etiam in
ipso oculorum orbes. Ambobus etiam linguam & stularum
intrudentes diuersis vicibus in eoru ora titiones ardentes
vel arborum cortices inflammatos, nolentes permettere, v
eum invocarent, pro quo omnia patiebantur, & qui in eo-
rum corde mori non poterat. Hęc omnia habeo à personi
fide dignis, qui suis met oculis præsentes spectarunt, mihiq
retulerunt: erantque tunc cum Patribus capti, & ad lannie-
nam in aliud tempus reiecti, quod dum patienter expe-
stant, oblata fuit illis à Deo occasio fugiendi, quam arripu-
erunt, seque ita conservaverunt.

Receptas has preciosas reliquias sepulturæ mandau-
mus dominica die 21. Martij cum magna animorum nostro-
rum consolatione, tamque tenero deuotionis sensu in
omnibus huius sepulturæ præsentibus, vt neminem horum
sciam, qui non optauerit parem mortem. Inter sepultura-
reces nemo unus potuit sibi persuadere, vt pro defuncto-
rum animabus oraret, quas iam in cælo glorioas contem-
plabantur omnes.

P. Gabriel Lalemant ultimus quidem venerat ad hanc
laborum palæstram, inter primos tamen meruit sibi gloria
sempiternæ coronam. In has enim Huronum regiones ve-
nerat primum ante 6 menses postremus omnium, & ele-
ctus fuit à Deo, vt inter primas victimas odio Christian-
ominis, Fideique immolaretur. Iam tum ab annis pluribus
per preces, lacrymas, & suspiria plurima à Deo missionem
in ultimas has orbis regiones effictim togauerat, et si com-
plexionis eslet delicatae, corporisque imbecilli, virium ex-
pers, præter eas, quas illi zelus honoris Dei, amorque in-
gens patiendi tribuebant. Non possum bono publico in-
videre secretum quoddam manu ipsius scriptum, quod pos-
mortem deprehendi, continens motiuua quibus ardentissi-
me desiderauerat huic missione impendi. Hęc sunt ver-
ba illius.

I. Primum meum motiuum est Domine Deus, ac Saluato-
meus, vt satisfaciam magnæ, quam erga te habeo, obliga-
tioni. Si enim tu deseruisti omnes pro me commoditate
tuas,

tuas, si honorem, si sanitatem, si gaudia vitamque tuam pro me homoncione miserando, reliquisti; nunquid consonum est rationi, ut secundum, quod mihi dedisti exemplum, omnia parimodo derelinquam pro salute animarum, quas tanti Dei fecisti, quas pretioso sanguine tuo redemisti, quasque ad mortem usque adamasti, & de quibus dixisti, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis?

2. Etiam si spiritu gratitudinis non essem impulsus ad offerendum me in perfectum holocaustum diuinæ maiestati tuz, facerem tamen ex toto corde meo ad honorem adorabilis tuz Deitatis, bonitatisque infinitæ, quæ digna est, ut homo se illius seruitio immolet, seque ipsum gloriosè offerat ad omnes Dei voluntates complendas, bonaisque inspirationes ab eo emanantes pro maiori gloria diuini nominis adimplendas.

3. Quia miserrimus homoncio toties diuinam bonitatem tuam offendii, O bone Iesu, dignum est, ac iustum tibi extraordinarijs pœnis satisfacere, ideo residuo vitæ meæ curiculo incedendum est mihi corde humiliato ac contrito, in omnibus malis arque adversitatibus, quales tu Dei pro me in dignissimo prior sustinuisti.

4. Obligatum me sentio Parentibus, Matri, Fratribusq; meis, pro. invocanda & attrahenda super eos piissima misericordia tua Deus meus. Ne quæso unquam permitte Pater misericordissime, ne nullus unquam ex ea familia, quam tantopere amasti, pereat in tua præsentia, neque sit de numero eorum qui te æternum maledicent, ac blasphemabunt. Sim pro ijs victimæ, quoniam in flagella paratus sum: hic vere, hic seca, ut in æternum parcas.

5. Etiam, O bone Jesu, ô amor cordis mei, concede, ut sanguis tuus pro Barbaris tam bene, quam pro nobis effusus, efficaciter pro eorum applicetur salute. Ad hoc gratiae tuz cooperabor, meque pro ijs seruandis lubens immolabo;

6. Dignum est, omnino dignum est, ut adoretur sanctum nomen tuum, ut regnum tuum per omnes Mundi nationes extendatur; utque vitam meam in mortem offeram pro abstracthendis e manibus Sathanæ inimici tui, miseriis animabus istis, pro quibus sanguinem tuum, vitamque im-

Pendisti. 7. Demum rationi consentaneum existimo, quis ex puro Christi amore beneplacitum ejus adimplendi, mille vitas si tot haberet, exponat cum jactura omnium quae grata sunt, & convenientia naturae. Sanè ex omnibus viventibus neminem me ipso inveniam, qui magis obligatur ad d̄rā standum. Agedum ergo, mihi Anime, perdamus sicut nos ipsos, ut sacratissimo cordi Domini J E S U placeamus. Vigilans est bonus J E S U S, neque in hoc tecum dispensare potes, nisi vivere ac mori ingratus sustineas.

Hec motiva fuerunt, quæ zelum eius accenderunt et hoc se ad medium Barbariam conferret nobiscum pro causa Dei libenter moriturus. Nihile o innocentius fuit cum Mundo in tenera sua adolescentia renuntiaverit: & novendecim ipsis annis, quibus in nostra Religionē vixit tanta cum puritate conscientia egit, ut & peccatum omnium voluntarium absfuerit, cumque solis peccati umbris in palestra cogitationum depugnarit, ut hoc se exercitio magis DEO uniret.

Post suum ad Hurones adventum cum tanto ardore impedit se descendæ linguae eorum ingratissimæ sub sollicitatæ, eumque iam fecerat in ea fructum, ut non dubitamus Deum velle his in locis eo tanquam instrumento gloriae suæ amplificandæ vti. Charitas eius non faciebat discrimen inter scientias altiores, quibus haetenus fuerat occupatus, & spinosas difficultates barbaræ huius linguae quæ grati nihil habet, præter usum ad animas ad D E U M convertendas. Post omnia cuiusvis eius brevi tempore consummatus fuit, sed in eo explevit cœli, terræque expectationem de laboribus eius conceptam. Mortuus est in causa D E I, invenitusque in hac Patria Christi Ciucem, quanquæsivit, cuiusque saanguinis notis egregie insignitus fuit.

Et quanquam in Sæculo natalium suorum beneficio potuisset honorificentissima officia administrare in veritate dicere tamen possum, quod toga, quam putram sanguinis sui tinxit, milles fuerit illi omni purâ omnibusque mundi rebus, ac promissis preciosior.

Natus est Parisijs 31. Octobris Anno 1610, Societatem nostram intravit anno 1630. die 24. Martij mensis. mortuus est in lecto gloriae die decimo septimo Anni Millesimi Sex-

centesimi Quadragesimi noni, quem Hurones Aritonta
nominabant.

C A P V T V.

*Observationes notatu dignae circa vitam Patris
Ioannide Brebeuf.*

Fuit à Deo ele&us P. Ioannes de Brebeuf, ut primus esse
Huronum Apostolus, primusque qui è Societate nostra
pedem intulit terris sylvestri ac Barbarorum homi-
num (inter quos nemo unus verum DEI nomen invocabat)
pro quibus dictus Pater tam feliciter laboravit, ut apte
mortem suam viderit propè septem Baptizatorum millia,
Crucemque Christi cum gloria longè latèque plantatam,
adorataque ijs. in regionibus, in quibus ab ortu Mundi
nunquam visus fuerat Christianus.

Missus fuit in Canadam sive Novam Franciam anno
1625. per R. P. Petrum Coton, & pro primo sui Apostolatus
rudimento traduxit hyemem inter sylvas, cum sylvestri-
bus hominibus loci istius, in montibus circa Kebec veni-
tione tota hyeme durante occupatis, ubi gravia est passus,
expectans ibi & statem anni sequentis 1626. quando se ad
Hurones contulit, devorans difficultates barbaræ istius lo-
ci lingua ranta felicitate, ut inter eas gentes natus videre-
tur, tantaque dexteritate naturam, ac humores suos isti po-
pulo attemperavit, omnibus omnia se faciens, quo eos Chri-
stò lucrifaceret, ut omniū corda sibi devinxerit, & ab omni-
bus unicè dilectus fuerit, ac valde desideratus, quando co-
actus fuit anno 1629. reducere in Franciam ab Anglis, qui pa-
triam eam invaserant, neque illum Fidei Concionatorem
eo loci pati voluerant Sed coacto postea Anglo cedere ex
patria, quam iniuste occuparat, remissus est in eam dictus
Pater anno 1633, quo etiam coactus fuit hyemem agere in
Kebec, nequiens pervenire ad Hurones ante sequentem
annum: sed iam cum peritus erat lingua patræ, plenusque
pe ingenti videndæ brevi conversionis populi illius loci.
Pro tanta expeditione opus erat homine perfecto, inque e-
minentí Sanctitate constituto. Hæc solus ipse in se non de-
prehendebat, quæ alij, qui eum noverant, in ipso admira-
bantur.

Exigua tamen erant, quæ sortis videnda se præbeban respectu thesaurorum gratiæ, in quibus quotidie per singulares Dei fauores crecebat.

Sæpius illi Christus apparuit, subinde specie gloriosæ at communiter portans Crucem, vel in ea affixus: is corde eius ardentissima imprimebat desideria patienti multo pro nomine eius. Et quanquam in mille occasionibus sustinuerit graues fatigations, persecutions, doloresq; nihil illi hæc omnia videbantur, seq; infelicem hoc titulo æstimabat, quod nihil aduersi haberet sufferendum, dolebarique quod Deus se dignum non reputaret minimam crucis partem tolerandi.

Apparuit illi etiam non raro B. Virgo, quæ communiter cordi eius suscitabat multa patienti desideria, sed curta dulcedine, ac submissione in diuinam volyntatem, spiritus eius maneret in altissima pace absorptus per diuinam plane sensa pluribus etiam diebus.

Anno 1640 hyemem transexit in missione terræ Neutralis, ubi apparuit ei Crux ingentis magnitudinis (vicio significauit) quanta capax erat ad omnes Nostros ibrum degentes, excipiendos.

Demandatum ei fuit, ut sensa animi sui extraordinariæ annotaret, maxime ea quorum facile poterat recordari. Inter haec posteriora duo hæc annotata fuerunt.

Magnus crucum numerus in quadam mihi visione obiectus fuit, quem sponte ac voluntarie amplexatus sum. Sequenti nocte positus in oratione, meq; in ea diuinæ voluntati conformans, dicebam: Fiat voluntas tua: Dominus quid me vis facere? Et ecce audiui vocem dicentem mihi Tolle, lege. Facto mane accepi in manus libellum de lmitatione Christi, quem aperiens incidi in caput, tractans D. Regia via Sanctæ Crucis. A beo tempore magnam in animo meo tranquillitatem expertus sum, maxime in desideri patiendi.

Vespertinas preces coram Venerabili Sacramentum persoluens, vidi in spiritu supra uestes meas, & supra uestes omnium Patrum Nostrorum notas sanguineas, in qualium admiratione diutius hæsi.

Quid

Quid iam hisce signis, aut notis designare voluerit Deus, scire expectamus. Si nos velit etiam sanguine fuso gloriam suam, cum hoc Fidei orthodoxæ teste ac Prædicatore augere, fiat voluntas eius sanctissima.

Tanto diuinæ gloriæ augendæ ferebatur ardore, ut vndeccim annis ante mortem suam, voto se obligauerit, faciendi omnia quæ cognosceret futura ad maiorem Dei gloriam. Quod votum quotidie ad aram sub sacra communione renouabat.

In tabulis memoriarum eius nihil frequentius reperio ab eo tempore consignatum, quam desideria morienti pro Christo. Sic loquitur ipse. Senti me vehementer impelli ad moriendum pro Christo. Qui affectus cum pluribus diebus perduraret, hoc se voto in victimam ac holocaustū Deo perfectum consecravit.

Quid retribuam tibi, Domine mi IESV, pro omnibus quæ retribuisti mihi? Calicem tuum accipiam, & nomen tuum inuocabo. Voueo ergo in conspectu æterni Patris tui, Sanctique Spiritus; in coaspectu sanctissimæ Matris tuæ, castissimique eius Sponsi Iosephi, coram Angelis, Apostolis, ac Martyribus, Sanctisque meis Parentibus Ignatio, & Francisco Xauerio: Voueo, inquam, tibi Domine mi IESV, si mihi unquam indigno famulo tuo Martyrij gratia misericorditer a te oblatâ fuerit, me huic gratiarum non defuturum: Sic ut imposterum licere mihi nunquam velim, quæ se offerent moriendi pro te occasiones, declinare, nisi aliud fieri debere ad maiorem nominis tui gloriam iudicarem. Tibi ergo Domine mi IESV, & sanguinem, & corpus, & spiritum meum iam ab hac die gaudenter offero, ut pro te, si ita dones, moriar, qui pro me mori dignatus es. Fac ut sic viuam, ut ita me mori tandem velis. Ita Domine calicem tuum accipiam, & nomen tuum inuocabo, IESV, IESV.

Hæc sunt Parris desideria, ac voces. Conspirarunt saepius Infidèles in eius mortem, qui si quid mali ipsis evenisset, causam omnium aiebant Iesuitas, maxime Echon, hunc nimirum Patrem quem ita nominabant. Si pestis, vel alias morbus contagiosus populum imminueret, iactabant Barbari, id totum ab Echon priuenire, qui magicis suis artibus

artibus istorum morborum Dæmones ex inferno in suam patriam periraheret: Si fames flagellaret annonam, iussu Echon factum erat: Si bellum non succederet, causa erat Echon, qui clam cum hostibus conspirabat, qui ab eis clandestina accipiebat stipendia, ut patriam proderet: Fidei annuntiationem praetextum tantummodo quæ situm esse populum totum extimandi. Ut verbo absoluam, nomen Echon pluribus annis tanto hic horro fuit, ut proterrendis infantibus illud adhiberetur, ægrisque persuaderetur, quod Echos moriturus iaculum mortis infigeret. Sed nequam veneat hora eius, quam patienter expectabat, magno interim animi gaudio sustinens vniuersa.

Sæpius ostendit illi Deus, quod nos in suam protectionem suscepissemus: quod inferni potestates contra nos furorem suum exercere possent, sed eas esse adcatenatas diuino nutui, sine quo nihil omnino valetent. Anno 1637. passim ubique ad cædem, ad Ianenam poscebamus, tanquam si nos fuissimus autores morborum contagiosorum,rumque de nobis omnino exterminandis agebatur. Apparuerunt illi tunc magno numero Dæmones, quandoque specie furiosorum hominum, quandoque specie monstrorum terribilium, visorum, Leonum, Equeorum indomitorum, vim illi ioferte volentium. Sed nihil omnia ista terriculamenta faciebat, Deoque soli nixus aiebat: agite, vires exerite, in me irruite, sine Dei voluntate nec capillus de capite meo peribit. Quibus verbis hæc omnia monstra quasi fumum difflabat.

Vidit alias Mortem alligatis intergo manibus, paloque affixis, à quo se in obstante Patrem magno cum furore vibrare contendebat: Sed vincula non valens disrumpere, quibus tenebatur constricta, virilis exhausta ad pedes illius concidebat nullo allato nocturno.

ANNO 1640. agens in natione Neutrali, Socio Patri retulit visam tibi & obiectam speciem ollex Mortis sibi dira minantem, in cuius interpretatione cum dubius animi penderet, adfuit inane Capitanus unus nostrorum amicus, Patribusque significauit, quod quidam ex Hungaribus Infidelibus, Aoenhokoni dictus, a senioribus eiusdem farinæ missus ad suam Nationem, convocato Seniorum

rum consilio, oblatisque 9, securibus (quæ magnarum opum loco ea in patria habentur) suorum nomine petierit, ut Patres nostros neci darent, neque tamen suis Hure-nibus causam huius necis attribuerent, ne facinus forte à Francis inter eos agentibus vindicaretur. Addebat idē Capitaneus hoc negotiū totam nocte absumpisse, sed Congre-tiones suos Capitaneos Nationis noluissent in id consentire.

Hunc fiduciax divipæ spiritum hauriebat in oratione, quam s̄æpe sublimatam habebat, in vnicō non raro verbo acquiescens, non per inactionem Intellectus, quam in se arguebat, sed per interiorem mentis saporem, per quem æternas Fidei veritates degustabat, ijsque cum magna ani-mi quiete, amore, atque gaudio inhærebat. Hanc elevan-di Spiritus in Deum facilitatem quamquam haberet, ad orationem tamen tam exactè se præparabat, quam Noviti-us aliquis posset.

De die, cum ob continuas cum proximis occupatio-nes non posset Deo secundum sui cordis desideria vacare, præveniebat ordinariam surgendi horam, licet in multam noctem preces suas produceret, neque prius in dura homo, ac ligneo cervicali subsidebat vestitus semper manens, quam corporis necessitas defectusque spirituum eum ad id cogerent. Reperi etiam in chartis ejus notatum, quod in oratione mentem suam Deus supra sensuum usum ele-varit, si bique uiuenterit: Mox etiam, quod Spiritus suus in Deum raptus fuerit, eumque arcte amplexatus. Alias adnotavit, Cor suum in Deum fuisse transportatum per extati-cos quosdam amoris impetus. Super omnia tamen tenerum semper amorem sentiebat erga sacratissimam Iesu Christi personam, maximè patientis & Crucifixi Non raro sen-tiebat amorem suo in corde dominari instar ignis, indies magis magisque crescentis, omnesque naturæ fordes de-purantis, ad stabilendum in eo regnum gratiæ, regnum-que adorandi Spiritus Iesu Christi.

Festo Pentecostes Anno 1640 noctu in oratione persistens coram Venerabili Sacramento, vidit se quasi momento totum igne circ. m̄vestitum, qui tamen nihil consumebat. Et quamdiu hæflammæ perdurabant, sentiebat in se amorem Dei ardere magis, quam alias unquam fuerat expertus.

Sin-

Singulares plures habuit apparitiones B. Virginis, S. Josephi, ss. Angelorum, ab omnique Sanctorum. Vidit aliquando montem plenum Virginibus ss. in gloria existentibus, à pede montis ad apicem usque per cuneos chorosque sit distributis, ut paulatim cunei coalescerent in unam, quæ erat Sanctissima Virgo, Regina Sanctorum Virginum.

Subinde in solo aspectu splendoridissimi amictus in quo Beatissima Virgo illi apparebat, sic erat à splendoribus gloriarum occupatus & obsorptus, ut non auderet oculos eleuare altius, metuens ne à radijs vultus gloriosissimi opprimeretur.

Sed non fuerunt fauores illi, quos unquam ipse dederat; eosque tam occultos habuit, ut nemini unquam mininum dederit horum indicium, nisi quibus statum suæ conscientiae tenebatur manifestare.

Et fructus quem ex omnibus apparitionibus hauriebat erat profundior humilitas & diffidentia sui, maior aliorum estimatio, timorque ne à Dæmone sibi consuerentur imposturæ. Hinc nunquam se, suaque ex his visionibus moderabatur, etiam si Deus sæpicule illi futura reuelaret, magna lumina eius conscientiae arcanis ingereret. Sed sequebatur in omnibus Fidei principia, imperia, nutusque obedientiæ & dictamina Rationis.

Accidit aliquando, ut in oratione constitutus diceret, Domine quid me vis facere? Audiuitque responsum, quod Dominus Iesus S. Paulo aliquando dedit. Vade ad Annianam, & ipse dicet tibi, quid te oporteat facere. & ab eo momento sic confirmatus fuit in resolutionibus, quas iam ante habebat, nullum alium sequendi ducatum omni in re, quam sanctæ obedientiæ, cuius veram perfectionem attigerat, non aliud, quam Deum in persona superioris respiciens, ei totum cor suum simplicitate puerili manifestans, acquiescens responsis omnibus sibi datis, licet aliquando suæ naturali inclinationi contrarijs. Neque ea solum ad hominum oculos faciebat, sed ex corde, quod sciebat Deum intueri, ibique veram obedientiam requirere.

Aiebat se ad nihil aptiorem, quam ad obediendum; Quodque hæc virtus illi esset connaturalis, ea maxime de causa, quod cum non esset magni ingenij, vel prudentiæ, cum

cumque non esset sufficiens ad se ipsum dirigendum, tam gratum illi erat obedientiam in omnibus sequi, quam puerum gratum est portari sinu matris suæ, cum ipsi desint vires ad ambulandum. Hæc verba eius sunt in quapiam charta notata: Agnoi in me nullum esse talentum, & tantum primum me esse ad obediendum: ideoque visus sum mihi aptus ad ianuam custodiendam; ad triclinium patandum, ad culinam faciendam. Geram me in Societate, ac si essem mendicus, per gratiam admissus ad eam: Cogitaboque omnia quæ fiunt, circa me, ea fieri mihi ex merissima gratia.

Erat nihilominus iudicio excellenti, sancta prudenter passionibus minimè corrupta, quibus ordinati secum agentes fallebat: ego vero admirabar quotidie magis magisque negotiorum eius successum, de quibus vel consulebatur, vel quorum executio ei credebatur.

Nostram Societatem ingrediens petierat in numerum Fratrum Coadiutorum admitti, & priusquam vota ederet religiosa, iterato enixè idem expetijt, indignum se Sacerdotio æstimans, valde autem aptum ad humilia officia, cuiuscemodi cum gratia excellenti effectui mancipabat, si quando eorum tractandorum copia ipse siebat: Sed non minus præcipuorum etiam officiorum administrandorum capax erat, quod ostendit manifestè, dum huius Missionis superiorem egit, ad meum, aliorumque stuporem. Humanitate sua omnium sibi corda deuinciebat, magnanimitate negotiorum difficultates superabat, longanimitate statuta à Deo momenta expectabat, patientia quidquid adnecessi occurreret, vincebat, zelo suo ardente omnia suscipiebat, quæ ad maiorem Dei gloriam futura videbantur.

Verum est, quod humilitas ficeret eum amplectimaiori amore & gaudio, etiam maiori inclinatione naturæ es viles, officia abiecta, ac laboriosa. Si erat in itinere constitutus, ponderosiores sarcinas portandas sibi vindicabat. Si flumine pergendum, a primo die ad noctem usque remos ducebat: Primus erat ipse qui se ad aquas conferebat, ultimus qui inter glacies rigidissimumque gelu pedes efferebat, adeo ut nudæ eius tibiæ à frigore totæ ruberent, & corpus omne eodem rigeret bene constrictum.

Primus mane ad labores comparebat, ignem instruebat,

ebat, culinam apparabat, ultimus se quieti dabant; suas preces aliaque devotionis exercitia noctu perficiebat. Quidquid incommoditatis accideret, quidquid defatigationis premiceret in itineribus horridis, & in quibus robustissima corpora frangebantur, post omnes die labores, quandoque totos triginta dies continuatos, sine ulla quiete, sine stataria ulla refectione, ad quam tempus, otiumque decerat, pensa tamen omnia Religiosi hominis ac Sacerdotis accuratè exsolvebat, regulas omnes ac constitutiones Ordinis nostri ad amissum observabat, privatas etiam deuotiones suas nunquam intermittebat, quicquid demum occupationis ei superveniret. Dicere etiam solebat, Deum sibi de disse diem ad operandum circa proximum, noctem vero ad communicandum cum eo negotia suæ, aliorumque salutis: inque his omnibus omnem defatigationem sic dissimulabat, ut consentaneè & cum satisfactione naturæ suæ operari videri potuisset. Bos sum, inquietabat, ad nomen suum gallicum aludens, sarcinas à me portari convenit.

Ad continuos hos labores atque defatigationes adiungebat plures mortificationes propria voluntate suscep-tas, quotidianas corporis flagellationes, sàpè etiam duplicitas, ieiunia frequentia, cilicij usum, catenulas pungentes, vigiliias in multam noctem. Post hæc tamen omnia cor eius tot afflictionibus non satiabatur, reputans se nihil adhuc passum fuisse. Paucis ante mortem suam annis, his de se verbis scribebat? Timui meam reprobationem eo quod nimis suaviter haec tenus tecum egerit DEUS: tunc bene de mea salute sperabo, cum patiendi occasionses lese mihi obtulerint. Sic ille: cum dicere possimus in veritate vitam ejus, continuam crucem, & patientiæ catenam ex itisse.

Siquæpiam humiliatio in caput ejus decideret, Deus benedicebat, interiusque gaudium magnum sentiebat, dicens ijs, quibus cōtdis sui motus occultare non poterat, non habere se despectus occurrentes humiliationum loco, eo quod quantumcunque deprimetur, altiori tamen gradu relatum se semper videbat: addebatque tantam continuo inclinationem sentire se ad descendendum, quantam exaltatus lapis haberet ad suum centrum. Quod si gratiæ huic oblatæ Superiores aliquando cooperarentur cum humiliâdo,

do, semper æquabili mente, corde bene contento, vultu gaudio, ac dulcedine pleno omnia excipiebat. Hæc illius humanitas suavitasque in agendo omnibus supradatata videtur. Spacio duodecim annorum quibus noticiæ eius habui, sive cum superiore, sive interior, sive æqualem noverim tam in negotijs temporalibus, quam in gravibus missionum laboribus ac defatigationibus, tam agendo cum Agrestibus Barbaris, quam Christianis, imo etiam inimicis inter calumnias & bonam famam inter persecutiones & afflictiones, semper hominem eiusdem vultus novi, nunquam in eu cholera, nunquam illius etiam apparentia, nunquam indignatio ulla subsistere est notata. Fuit cum aliqui eum ab hac mentis tranquillitate abstrahere, vel abducere voluerunt, sed otuli eius semper manserunt benigni, corque eius in malitia fuit perpetua. Et hanc ei singularem gratiam Anno 1534. communicaverat Christus apparens illi spinis coronatus, illumque paucis hisce verbis consolans. Habebis deinceps unctionem Spiritus in verbis tuis. Anno vero 1640. in sua post missam gratiarum actione, vidit ac sensit manum unguentem sacro balsamo cor suum & interiores animæ potentias; Ex qua visione & unctione summa animi mei pax, & tranquillitas consecuta est, ut addit in suo memoriali.

Hac adepta gratia,

Paucis post diebus in Burgo S. Iosephi contra nos exercitata est seditio, in qua ipse cum socijs aliquot Patribus fustuaria non leviter exceptus fuit. In eisdem Capitanei oleum igni addebant populumque animabant, ut nos iniurijs obterarent, nobisque flamas, & ustulatiqntm minabantur. Vesperi cum Pater Brebeuf gratias DEO ageret pro illatis adversis, sentiretque in corde suo angustias quasdam provenientes ex timore, ne impij debulones illi progressum Fidei impedirent, apparuit ipsi Beata Virgo cor tribus transfixa gladijs: eodemq; tempore vocem interiorē percepit dicente, Virginem hanc sanctissimam perfectè semper fuisse subditam voluntati divinæ, quantuncunque cor suum magnis inundatum afflictionibus fuerit: respiceret in hoc prototypo tempore adversitarum, disceretque ab ea se divinæ voluntati penitus conformare.

Oleum

Oleum huius consolatiōnis non extinxit ardorem zeli sui, sed eum magis inflammat, eratque hoc medium efficacissimum, quod ei Deus communicarat pro cordib⁹ hominum agrestium ad fidem orthodoxam attrahendis. Id ipsum magnoscit. Deoque in acceptis refeat plura talenta, quæ sibi in utilitatem proximorum collata, saluti eorum promovendæ, proponit studiosè impendere: In quo decesset, Examen particolare statuit eo dirigere, ut talentis suis hunc in finem bene vteretur.

Sed ecce rem notabilem, quæ accidit ei Anno 1540. in secessu spiritualium exercitiorum, quam his verbis insinuat: Vidi Dominum brachia sua misericordissimè ad me amplexandū extendentem, præterita mihi peccata condonantē, gratias suas, aliaq; dona in anima mea resuscitantē, qui que me ad suum amorem inuitabat, & mihi (quod aliás Apostolo suo dixit) aiebat: Vas electionis est iste, ut portet nomen meum in gentibus: ostendam ibi quanta oporteat cum pro nomine meo pati. Has Christi voces inaudiens, addit, gratias illi egí, meque totum obtuli diuinæ eius voluntati cum Apostolo dicens: Domine quid me vis facere? Fac me virum secundum cor tuum; nihil me imposterum separabit à charitate tua; non nuditas, non gladius, non mors &c.

Sic saepius in æstu zeli sui offerebat se Deo ad perferranda omnia Mundi totius Martyria pro horum conuersione populorum. Et paulo ante mortem scripto sua sic defiderat exprimebat. O mi Deus, utinam omnes te cognovissent! Utinam haec tota Barbarorum natio ad te esset conversa! Utinam omne peccatum in mundo abolitum foret! Utinam omnes te amarent homines! Ita Deus Meus, ita: si omnia tormenta, quæ captivis in hacce Barbaria interrogari possent, in meum unius caput converterentur, paratus sum ad omnia: toto corde offero, me unicum ad univera sustinenda.

Hæc erant ardentia boni Patris suspiria, quæ saepius etiam in chartis eius repetita invenimus.

Vt conformitatem voluntatis eius cum divina deprehenderem, rogauit aliquando ab eo, si ab Iroquois caperetur, annongrauem passurus esset repugnantiam, si ab ijs pla-

plane denudaretur? Non, respondit ille, quia esset voluntas Dei: tuncque de me non cogitarem, sed de Dœo, cuius voluntati me vnirem.

Vrgebam: an non horreret ignes, quibus illi Christianos vstulare solerent? Horrem utique respondebat, si naturæ meæ fragilitatem respicere m, culicis enim morsus sufficiens esset ad excitandam in me inpatientiam: sed spero aderit mihi Deus, cuius gratia adiutus non plus timeo horribilia ignium tormenta, quam aciculæ vnius punceturam.

Eiusmodi plurima sunt, quæ brevitatis causa omittere cogor. Paupertatis amor tantus erat in ipso, vt nec vnicum Rosarium numisma haberet, vel aliud quidpiam præter ea, quæ ad vslum plane erant necessaria. Anno 1637. ostendit illi Deus palatum magnificentissimum incredibili pulchritudine exornatum, tanta varietate concinnum, vt in eius aspectu raptus extra se seipsum comprehendere non posset. Sed cum notaret vacuum plane palatum, significatum est ei, præparatum hoc esse pro ijs, qui se ad pauperes cabanas, sive casas Dei causa inhabitandas voluntariè condemnassent. Ex quo magno est solatio delibutus.

Castitatis nitor in eo fuit integerimus, & in hac materia oculi eius cum corde tam firmum fœdus inierant, vt nullus esset omnino visus eorum obiectorum, qui florem huius virtutis, vel in minimo, deliberare posset.

Corpus eius spiritui non rebellabat, & in medio impuritatis regno, quod hisce in locis inter Barbaros vigeret, vitam tam innocentem duxit, quam si in cremo aliqua peccato impuritatis inaccessa egisset. Quadam vice Fæmina separato, à publico loco se ei obiecit impudica verba effusiens, quæ non nisi à titione infernali poterant proveidente. Pater sentiens se talibus oppugnari, solo Crucis signo se munivit, nullumque hosti verbum respondit, tunc contemptum patuit monstrum fæmineo habitu vultuque consultatum, quod mox in auras, fumosque abiit.

Puritas conscientiæ eius, erat quasi pupilla oculi, quæ minimum arenæ granum, vel levissimum pulvrisculum ferre potest. Anno 1630 in secretis conscientiæ suæ tabulis notatum reliquit, nullum se affectum sentire ad ullum peccatum, ne dum etiam veniale, nec voluntatem suam ad

ullam mundi huius creaturam inclinatam: quodque potius omnes inferni poenas sustinere veller, quam minimo etiam peccato coinquinari. Post quos tamen affectus mox addit: Ne me Deus tanquam iafrauctuosam arborem succideret, oravi ut me dimitteret adhuc hoc anno, & promisi me meliores fructus allaturum. Occasio fuit aliquando data, ut Patri uni diceret, se quamdiu inter Hurones vixisset, nunquam ad ullum cibi gustum vel saporem attendisse, vel intedisse. Et ego, cui multus fuit cum eo usus ac familiaritas, quamdiu eum novi, nullum plane in eo peccatum natum, nullam regulam etiam minimæ transgressionem observare potui. Ejus fuit hoc propositum, discurrat potius, quam ut voluntariè regulam ullam infringam. Alterum simile huic: nullum in corde commercium mihi habendum eum creaturis. Circa proficiendi studium hoc statuerat: Nunquam quiescam, nūquam dicam satis.

Inter meastruas animi recollectiones 15. annis circiter ante mortem suam, hoc notaverat. Sentio in me magnum moriendi desiderium, ut Deo fruatur: ingentem etiam averionem ab omnibus cum morte perituis mundi rebus exterior. In solo Deo cor meum conquiescit, & extra hunc cuncta nihil duco, nisi propter eius amorem.

Mors tandem vitam ejus coronavit, & perseuntantia sigillum fuit illius Sanctitatis. Mortuus est anno ætatis sue 36. natus 25. Martij anno 1593. die festo Virginis Annuntiatæ. Finiit concionando, functiones Apostolicas peragendo, morte digna primo Huronum Apostolo. Martyrium consumavit 16. Martij, currentis anni 1649.

PROGRESSVS FIDEI CATHOLICÆ IN COCHINCHINA,

Suscitataque ac Composita ibi Persecutiones.

Ex narratione P. Metelli Saccano Soc. Iesu Missionarij ibidem:
Impressa in Franciâ Gallicè; ex quibus bac pricipue
decorpta sunt.

IN:

INGRESSVS IN NARRATIONEM.

Cochinchina, regnum est conterminum Chineb̄i regno, sic dicta, quod illud nigrorum Chinenses seu fuscos proferat; sicut hoc candidos coloris Europaei. In regoum illo Macao se penetravit etiam Societas Iesu, sed tantum per unum, alterumq; Patrem, qui in eā terrā, tanquam granum siapi, seminati excreverunt, & facti sunt velut arbor magna, in quibus volucres cœli, idest conversæ multorum Inquilineorum animæ requiescent, & nidificant, prolemq; Christianorum educant, ut ex sequentibus relationibus recentibus Anni 1646. & anni 1647. colligere licet.

CAPUT I.

De Statu rei Catholicae in Cochinchina.

Am ultimo terram istam incoluit P. Alexander Rhodes Francus, quo agente cum plures fecerint Christiani, etiam in aula, & inter Mandarinos (qui sunt viri docti, per quos præcipua regni officia administrantur) Bonzij, qui sunt ibi Deastrorum Sacerdotes, & ceremoniarum Præsides, suscitarunt persecutionē, agentes, ac peragentes apud Regem 1. ut Patrem Lusitanum (sic vocant ibi omnes Christianos, quia ex Europa præcipui negotiatorum eō se ferentes Macao, sunt Lusitani) regno suo exesse iuberet, nisi brevi per novam religionem videlicet regni sui eversionem. 2. Iuberet Rex præcipios, qui Religionem istam novam amplexi erant, eamque alios docebant, quos vocant illi Cathechistas seu Thaios, suntque sicut apud nos Theologiz. Doctores, qui à nostro Patre promoventur, postquam Fidei nostræ mysteria egregiè comprehendenterunt, hos inquam, iuberet Rex comprehendendi, Judicio suo fisti, examinari, cogique, ut alienam deserenter Religionem, patriamque resumerent; vel exemplum durius statueret in eos, quo alij subditi, à cursu ad novam Religionem retraherentur.

Utrumque à Rege factum est, et si de nostra Religione multa audivisset, multa etiam, sed non omnia probasset; maximè cum persuaderetur posse eum de regno petrichtari, per inducētam eam Religionis novitatem.

Pater ergo Alexander Rhodes, qui tunc solum ibidem
è Societate commorabitur, iussus est regno excelle, cui man-
dato parendum fuit, ne se, ac ne Christianos omnes pericu-
lo mortis exponeret. Cessurus ergo regno, et ut potuit
omnes Catholicos admonuit constantia, & fervoris; Ca-
techistas vero seu Thaios, ut pergerent novellas pláticas do-
ctrina necessariā rigare, atque etiā in necessitate baptismo
tingere; se per literas pījs monitionibūs, cū ore tenus amplius
non possit, minimē defuturūm, donec Deus molliora tem-
pora (pro quibus orandum) faceret exorti. Ita turbatis, at-
que amare Rētibus bonis Catholicis bonus Pater regno
excessit.

C A P V T II.

Catholici ob fidem incarcerati, & sancta eorum in
carcere exercitia.

DImisso Patre ex regno præcipui quidam Catholicī,
qui cum Patre multam agere notati fuerāt, suū cap-
ti decem vel undecim: quos interfuerunt Catechistæ duo,
præstantes viri, sive Thai, Ignatius senior & Vincentius.
Fuit & Adolescentulus Junior Ignatius fervens Christianus,
hi omnes coram Tribunalī, præcipui in aula Mandarini, ex-
animati, cur patrias leges deseruissent, novasque Lusitano-
rum complexi fuissent, egregie responderunt: maximē verò
Senior Ignatius nomine omnium, etiam coram Filio Regis,
suā sociorumque suorum conversionis causam dedit, quod
Patrem nostrum accessissent, ut ab eo disserent agnoscere,
colereque Deum cœli, quod se jam scire gaudent. Tunc
Regis Filius: at nescitis meo Patri odium esse mortale in illā
religionem? Absistite, Absistite ne mori citius cogamini.
Tum capti omnes, nunquam Dei veri leges deseremus.
Quibus Rex iratus: Moriemini tunc certo, moriemini. Cui
omnes reponunt, fiat voluntas Dei, & hoc nostrum erit gau-
dium maximum. Cum nihil ergo ab omnibus impetrarent
aliud, Juniores Ignatium invadunt, id circiter annorum.

Suavibus instant verbis ut deficiat, minas in constā-
tem iaciunt: nihil utrisque impetrant, sed ille coram Re-
ge generose respondit. Nunquam faciam, ut Dominum
Cœli relinquam, id si facerem, æternum Orco, damnareret:
non, non ita ego delirabo, ut hoc faciam. Cum

Cum nihil ab ijs obtineretur, in carcerem compatiunt, ubi hymnos Deo decantabant, omnes ad se venientes vel ad constantiam veræ fidei, vel ad eam amplectendam incitabant magnō cum fructu: nam & illis exhortationibus Mandatius unus cū suā conjugē conuersus. Alia Domina angulariter à Juniore Ignatio petiti erudiri in orationibus, & fidei punctis, quod egregie ille præstítit, donec Magister Senior assignatus mulieri, eam planè edocuit, ut materia fidei nostri & cognosceret, vbiique deprædicaret, sanctam proclamaret, quod pro Rege oraret, quod pro persequentibus preces faceret, quod beatum publicum frequenter Deo commendaret.

C A P U T . I I I .

Martyrio duo novelli, sed zelosi Catholici afficiuntur.
ob Catholicam Fidem.

Ost aliquot tempus Rex jubet in carcерatos Catholicos corā suo trhunali fisti. Urget ut ab impia lege desistant, et juberet odiſſe parentes contra naturam, alias se eos aponum more recepto, igni, gladio, aqua, denique morte iniuros. Respondent non esse legem suam impiam, docēam. 1. Colere Deum super omnia. 2. Reges. 3. Parentes, à quibus vitam habeant, modo nil contra Deum jubeant.anc se legem tenere, ac retenturos esse.

Tunc Rex Vincentium Juvenem floridum, 19 annos, invadit, rogatque: cur ille legem novam sequeretur? qui ille, quia veram cognovi. Et, cur, inquit, Rex, illa vera? respondit Vincentius, quia bonum jubet, malum vero probet, scilicet furta, homicidia, adulteria. Aliud nihil potuit ipsi suis Rex impetrare, qui tunc irā succensus pronuntiavit sententiam mortis in Ignatium Seniorem Thaium, in Vincentium. Alijs captivis jubet digitum abscindi: stuarium dari; capillum radi, quæ maxima est ibi ignomina. Dicta hac sententia omnes Christi milites maximè gaudi sunt: atque feciali præente, & causam mortis & mutationis proclamante, esse legem Lusitanorum cultam, omnes hanc sequuturos, pari poena plectendos.

Ducti sunt ad supplicij locum. Ubi Senior Ignatius te mortem zelosè concionatur, suaderet ut legem Dei sequantur omnes, hac obtineri vitam beatam in cælo, pro qua

qua libenter se sanguinem fundere testatur. Tunc commendatā seniculā matre suā, atque uxore Catholicis omnibus, morti tanti viti illachrymantibus, capitis abscissionē vitam mortalem posuit, evolans triumphator ad meliorē. Sic Vincentius etiam finit, post cuius capitū abscissio g̃em Christiani audierunt caput Sanctiss. Iesu & Maria nominā inclemare; qui etiam Sanguinem Martyrum linteis suis exceperunt, terrāque sanguine tintā secum abstulerunt; quod & plures Ethnici factitauint, aientes, eam contra Dæmonum vexationes valde esse potentem. Catholicī sacra corpora piā pompa ad sepulturam dedacentes, omnes, festuariam patiuotur procuratam per Bonzios solis consanguineis eap̃ha liberistrelatis, quibus etiam vnicis copia facta est sepeliendorum corporum. Interim alij concaptiis sua etiā p̃sonā inficta, de qua superius.

CAPUT IV.

De Ignati ortu, educatione, & virtutibus

Ile Ignatius Auunculo suo aliquamdiu servuit in aquila, ubi tantum prosecut, ut in Mandaripum promotus fuerit, sed diuina prouidentia melius de eo disposuit Nam cum apud suum Auunculum fidei nostrae librum reperisset notans eam sanctam ac ratione maxime consonam, petiū i ea instrui, quod à Catechista mox factum, & à Patre Rhodus perfectum, qui baptizans hominem bene instructum ac zelosū, nominavit Ignatium. Hic breui temporis spatiū ita omuem Christi doctrinam complexus (maximæ enim fuit memorie) ut in Thaïum sive Catechistam fuerit à Patre post 2 annos promotus, & suam vocationem egregijs Christianis virtutibus exornauit, Mundo nuptium remisit rerum suarum proprietati renunciauit, humilitatem vita Christianæ fundamentum posuit, omnia officia vilia Culicidæ, nauticæ &c. obiens perlubenter, suū Mandarini officium nihil aestimauit. Habebat meliore rogam, eam pauper erogauit, ut S. Ignatium imitaretur. Comam totundit, mundi pompis omnibus renunciaret, quod in Baptismi Christiani faciunt omnes; nihil cum Mondo voluit ha-

bere commune. Sibi erat durus, alijs molllis, & benignus, Illi in amorphibus erant cilicia, disciplinæ, iejunia, humicubatio, proceruicali, vell ligno vel lapide vtebatur, commodiora alijs relinquentur. Seruiebat ægris absente Patre Rhodes, mendicabatque pro alijs Catechistis sustentandis. Facies eius visa est radjare, dum alios instruebat. Absente Patre in necessitate 250 suos populares baptizauit, plures alios in redditum Patris reieciens. Parrem Matremque suam ad fidem conuerterit, & pro fide aduersa pati exhortauit. Cum pro eo captio redimendo Pater Rhodes emendicaram pecuniam summam misisset, voluit acceptare: tali viâ nolebat liberari, sed se diuinæ prouidentiæ totum committi. Reginæ erat iniurias, quia eoram eâ Bonzium in disputatione confuderat, ut respondere non posset. Tandem 15. Iulij, martyris gloriam adeptus est.

C A P U T V.

De Vincentij ortu, educatione, virtutibusque Christianis.

V incentius alter nobilis Catechista seu Thaitus Catholicis natus parentibus, quorum fuit semper obseruantissimus, etiam Nouereæ: Annorum 11 ob parentum paupertatem in seruum datus est diuini Ethnico homini, cui exactissime seruuit. In domotam zelosè iuuenis loquebatur de fide, de Deo, vero, ut Herum & Heram, eorumque tres proles ad fidem conuerterit, licet hi bene in suis superstitionibus essent fundati. Cum deinde alteri in seruum datus fuisset, verbo & exemplo tantum etiam fecit, ut cum prolibus & uxor & maritus fidem nostram sint amplexi: at ipso die baptismi 3 proles sunt emortuæ, quæ grauis fuit tentatio Parentibus, putantibus Deorum hanc punitionem immissam, unde vacillantes in fide facti sunt. Cumque Vincentius se satis potentem ad confirmandos eos esse desperaret, adhibuit suū Patrem, qui homines explicatis diuinæ prouidentiæ arcanis, in hominum semper bonum intentis composuit, & in fide confirmauit. Homo hic diuus suam volens Vincentio ob suam conuersionem ostendere gratitudinem, voluit hunc cum sua cognata diuite desponsare, sed recusauit miles Christi, qui cum in eâ domo nimis honoraretur, rediit ad humilem Patris sui Cabanam

paupertatem, & abiectionem Christi, gloriæ & divitijs præferens. Mirus fuit in oratione, zelo Dei, humilitate, alijsque virtutibus Christianis, quibus sibi ad martyrium pro fide viam strauit, illudque eum Ignatio assecutus est.

C A P V T VI.

*Quomodo Rex Placatus muneribus, permiserit unum Patrem
in regno ad solatium Christianorum.*

HÆc dum in Regno geruntur, nostri Patres consultant extra de modis regno derelicto subueniendi. Capitan ei Nauium breui ad regnum Cochinchinæ redditarum, dissuadent nostris redditu ob Regem nimis offeolum, ob recentem proscriptionem Patrum, periculum futurum perdendæ totius Religionis Catholicæ. Sed auditio Nauarcho classis mittendæ, dicente non esse taeta pericula quanta facerent Capitan ei. P. Visitator in nomine Domini statuit, ne omnino desererentur conversi ad Catholicam Fidem, mittere cum ea nauigatione binos Patres nostros, unum pro Cochinchina, Patrem Metellum Saccano, Siculum: & alterum Patrem Balthasarum Caldera, gnamrum linguae Annamiquensis, (qua ibi passim longe lateque utuntur) Cochinchiam transiturum, ut Visitator fieret conteynimi Camboiani regni.

Hos P. Visitator Machaensis instruxerat donis egredijs. Regi Cochinchinensi, ea valde ambienti, offerendis, ut molli aditu invento, videretur omni modo de eoplacando, inducendoque, ut unum aliquem nostrum Patrem suo in regno permitteret (si non publicè, saltem clam) agere ad solatium Catholicorum. Vsi felici navigatione Patres quinque dierum spatio Turam ad Regni Cochinchinensis portum cum lusitanis Mercatoribus appulerent, quod Regi, mox cursore misso, significatum, indicatumque Patres duos una adesse, qui à P. Visitatore missa Regi munera, gemmas, aliaque pretiosa deferrent; quo nuncio Rex capitus, mox obviam mittit Patribus Conductores ex aulâ suâ, ut gerque ut iter, redditumque accelerent, quod fecerunt honorificissime. Abducti Patres maximo sunt honore sus-

suscepti à Rege; tum facta salutatione fausta que appre-
tione repetita, missa à R.P. Visitatore munera prolatæ, ad
quæ Regis oculi intendebant, gemmæ maximæ quatuor,
insignes plane; quales etiam, sed minores ab Urbe Machaò
Regi per legatos oblatæ fuerunt. Gratissima habuit Rex
ista munera, sed maximè Patris Visitatoris gemmas, quas
in aulæ palatio deambulans inter suos Proceres, Aulicos-
que ostentabat, laudabat, mireque ob eas exultabat. Ex-
cepti, tunc Patres splendidis Epulis, ludi instituti, festa a-
liquot dñebus celebrata, Rex gaudio plenus edixit tunc su-
am cum Macaensi partiam uiam futuram. Festis his per-
actis, Patres cum Legatis ad naues conducti magnificè, re-
dierunt.

Dum res suas agunt Mercatores, Patres etiam, per y-
num Mandarinum nauibus Macaenibus excipiendis præ-
possum, agunt de Residentiâ uni Patti in regno conceden-
dâ. Sed Rex & consiliarij omnes abnuunt, dictantes statu-
tum Regis mandatum non debere mutari. Displicuit pru-
denti Mandarino rescriptum, se igitur ipse ad aulam con-
fert plenus zelo iuuandi Patres. Agit hic multa cum Consi-
liarijs, urget non decere sine impletatâ gratiâ remittere
offerentes tam preiosa munera, Patrem unum solum in
Regno relinquendum linguæ ignarum patriæ, neque pu-
blica Fidei suæ exercitia habiturum; hæc regno non posse
esse detrimento, & Regis nomen apud exterios periclitatu-
rum. Hæc omnia Regem non mouerunt nitentibus in
contrarium consiliarijs. Itaque re infectâ, ut putabat, Christis
discedit iterum ad naues Mandarinus. Sed experti sumus
hic Regum corda in manu Dei esse, ad eiusque outum mu-
tari: nam Rex in aliam sententiam raptus, mox Mandari-
num in aulâ præcipuum mittit, ut pernici. itinere non au-
ditum Mandarinum assequatur, indicetque, Regi placere,
ut unus Patrum suo in regno propositis antea conditioni-
bus permaneat. Asteri vero Patti liber transitus per reg-
num cum salvo conductu concedendum. Nuntium hoc ac-
ceptum mire recreauit Patres, omnesque Christianos pre-
cibus & mortificationibus gnauiter incumbentes durante
haec negociactione, quibus utique tam subitam & miracu-
losam Regij cordis mutationem à Deo impetrarunt.

CAPUT VII.

Exercitia, zelusque Christianorum in eo regno.

IN eo regno fructus alij plures adhuc absente Patre collecti sunt. Catechistæ ad 200. infideles converterunt, & baptizarunt. Unus eorum ad 200. alios convertit quos à Patre baptizandos reservavit. Ipsi die quo duo Heroes nostri Martyrio pro Fide sunt affetti, duo Officiales in aula conversi sunt, verum illad facientes, *Sanguis Martyrum, Semen est Christianorum.* Rex ipse victus in corde agnoscit veritatem nostræ Religionis, sed ob rationes politicas non sequitur agnitam. Contentus est etiam, ut eam in corde teneantur modò foris non prodâr. Ita Matri Avuncili sui Christianæ fecit insinuari. Ob id. Catholici de nocte sua obeunt exercitia, ad Patrem ventitant, prout evocantur singuli; nam id omnino factitandum, ut concusus impediatur, neve exercitia Catholicorum prodantur. Die Mercurij hebdomadæ Sanctæ & totâ Parasceve miram ostenderunt devotionem usque adeo ut Pater ipselachrymas continere non potuerit. Tantam videns in eâ recenter conversâ gente pietatem, quam tam in Europâ nō notavit. Ipsauxor Gubernatoris Cachani, viâ benè longa, ac difficulti, & noctu quidem, venit ad Festum celebrandum, quo facto noctu iterum se ad propria retulit. Hæc Domina est zelosissima, in dandis eleemosynis profusa. Absente Patre aluit suis sumptibus 12. Catechistas qui per patriam discurrentes docebant rudes & convertebant. His dominum propriam coemit, Sacellumque ad usum Patrii exædificavit. Filia eius adoptiva Matrem per omnia imitatur, qua cum peteretur à Spōnis Regni præcipuis, corpus suum atque animam Deo per Virginitatem (ratum hic exemplum) consecravit. Harum pietatem imitantur gnaviter omnes domestici, qui multi sunt, in usu Sacramentorum. Maritus huius Dominae, annorum 83. est adhuc Ethnicus, cum Patre nostro sèpius conversatur, quem solet honorificentissimè excipere, ac libenter cum eo agere, petere etiam pro se preces fieri ad Dominum Cœli.

Obit Pater loca persæpe, in quibus habitant Catholicæ ei,

ei, consolatur, instruit, illis Sacra menta impertit, quo venire non potest, iteris recreat, docet,hortatur ad perfectiora. Visitavit sulam in Sua regiam, ubi duabus noctibus ab eo Sacra menta Christianis ministrata, & in baptism o. baptismo tincti, plures in aliud tempus dilati. Agit hic Maodarinus unus Christianissimus, Capitaneus fortissimus, qui alijs saepe folatio est & exemplo. Fecit hic Mater Avunculi Regis, duas Principis filias baptizari, iam antea bene in fide Catholica instructas. Ex locis remotioribus cum Sacerdotis copiam non habeant, veniunt persaepe homines itinere octo vel decem dierum, ut particeps fieri possint SS. Sacramentorum. Saepet etiam reperiuntur tam puræ homines conscientiae, ut in multis desit materia absolutionis, cum tamen non bardi sint homines, sed bene ingeniosi. Sic Deus suum sibi etiam peculium in Gentibus hisce de legit.

CAPUT VIII.

Continuatio Narrationis

Promota Fidei in Regno Cochinchinensi, & portata in eorum turbationes & persecutiones, Anno 1647.

O Bgravem persecutionem in Japonia adhuc vigentem contra Catholicos recipiunt se ad finitima huius Regni loca plures fugitiivi Japones. Hoc anno alta pax fuit in Regno hoc, superatis, ac humiliatis aliquoties egregie Tonquinensibus, & Holandis, Regno huic infestis, quod factum est a milite terræ huius fortis ac generoso. Cum militum unus in Regia Urbe, pasquillo clam disseminato, Regis avaritiam sugillasset, auctorque lateret, capti sunt milites 23, circa quos foris erat suspicio, omnesque uno excepto torturæ subiecti sunt gravissimæ, sub quâ reus cognoscitur, daturque copia alijs torturam expertis animum suum restrigandi in torquendo pro libitu reo, in quem tam furiosè iuolverant, ut vivi adhuc carnes dentibus dilaceratint, idque in præsentia Principis. Hoc etiam anno Rex facile ad so homines in sua aula morte mulctavit, tanta in suo est severitate.

Sed ecce etiam in pace novâ in Catholicos excitari cœpta est

est persecutio Ex oppido Henika Provinciæ Puambuitienis querela ad Regem pervenit, per loci istius Mundarinū, fruges non provenirent, quod animalia passim morerentur, causamque esse Christianos, qui novam ibi excitascent Ecclesiam, maximè vei ò horum malorū Principes duos nominabant, Augustinum & Simeonem servētores Catholicos. Missi itaque eò milites, qui captos ad Regiam adducerent, at milites non continentis se intra mandati terminos, cum suo Comendante oppidum expilant, fugientibus plurimis Inquiliinis, vel pecunia datā res suas redimentibus. Hos inter tumultus prodit in medium Alexis, homo cordatus factetus se Christi militem, offert se in pœnam si de hoc criminis agatur. Mandarinus compescere hominem ntitur, jubet fidem suam dissimulare, sed frustra hæc militi Christi occinit. Caprus est ergo cum alijs, cum quibus & iugum portare voluit, quæ militibus patriæ ignominia non inferunt, sed ita volenti, & pro iugo pugnanti, permisum est. Adducti ad Regem, & super Religione sua examinati, libere fidem Christianam professi sunt, neque eam minis terribi, vel pollicitationibus illecti dimittere volunt: quod Rex arti Magicæ attribuit, persuasus à suis, quod à Patre, dato illis in potionē pulvere quopiam, insensibiles reddereuntur, ideoque tormenta non curent. A Rege ergo morti adiudicatur Augustinus & Alexis: Simeon ad fustuariū & digitū abscissionem condemnatur. Origo Magicæ Patribus nostris attributæ, ea fuit, quod Mandarinus in aulā primarius viderit reliquias quorundam Sanctorum in Pixide Pattis, pulverem medicinalē, quod Regi retulit, persuasitque esse ossa pulverizata, quibus homines gelarent & insensibiles redderent. Hucti sunt ergo in carcere milites Christi gaudentes, pro eo contumeliam pati, & mortem. Adfuit mox Alexij vxor cum infante quinquenali, marito congaudens, quam rogit, ne ob suam mortem intra triennium comā deponat contestandi gaudij causā. Hic domina Catholica nihil verita mandatum Regis, cum urgente Mandarino Kevigensi ad supplicium ducerentur, storeas captivis substernit, ne sanguis eorum in terras deflueret, quem honorem Martires frustra à se repellere conati sunt. Tunc Augustinus cum Alexio se animat, habitaque ab eo in carcere,

ignitis verbis de lege veri Dei ad omnes circumstantes exhortatione (dum alij tondebanter) mutuo se se amplexantur, ultimum vale dicunt in terra, & mox exclamantes, Iesu & Marie nomina, capitis abscissione, veram in cœlo salutem assequuntur. Simeoni digitus abscinditur, tamque crudeliter delumbatur bonus senex, ut post 10. dies socios ad martyrij palmam sit sequutus. Corporum reliquiae ab Amicis & Consanguineis honorifice suscepta sunt, ac terra mandata. Nec caruit fructu hic effusus Martyrum sanguis, nam paucis post, ad 500. conuersi sunt ad fidem orthodoxam, in eaque baptizati.

C A P U T IV.

Thomas zelosus Catholicus à morte, Dei Providentia, liberatur.

In eandem Provinciam missus hoc eodem anno miles à Mandarino, ut tributa adferret, veniens in domum Thomæ Viri Catholicæ, imaginem Sacram inde abstulit, quem Thomas infecutus ablatam reposculat, & extorquet. Sed minas recipit, & citationem ad tribunal aulæ; nec ille abscondit; quantocuyus, inquit, sequar, imaginem loco prius suo reponam. Volebant illum comitari Amicorum plures, ut in periculo homini assisterent, sed repudiavit hanc Thomas charitatem, Deum sibi efficacius ad futurum dictitans. Et vero adfuit, nam cum eum miles coram Mandarino in aulâ multis accusaret, corripuit militem iudex, quod sine mandato vim homini intulisset. Ita Thomas liberatus est periculo ad propria abire iussus est.

C A P U T X.

Secundus Patrum in regno permittitur: fructus in eo magni colliguntur.

In eisdem Pater Visitator Macai sollicitus, de Missionarijs (si quo modo posset) socio sublevandis, cum notasset animum Regis facile electi muneribus, nouam hanc aleam iaciendam putauit. Misit ad Regem P. Carolum Rocca, cuna

eum literis ac muneribus, duasque iterum gemmas exquisitas cum aui massâ, alijsque donis obculit, humiliter supplicans, ut sua Maiestas dignaretur hunc etiam Patrem id suo regno tolerate, quo Socius ab hoc solatium aliquod habere posset. Rex nouis donis recreatus, petitioni consentitus, libereque Patrem Rocca in suo regno agere permisit. Vnde Christiani valde fuerunt recreati, quorum plurimi eo triduo, quo cum Patre altero in aula egit, sacramentis refecti sunt, & eo Ethaici baptizati: Domina etiani Magni Mandarinij vxor, Patri Rocca suum fidei desiderium aperuit, quod tunc ab eo magis accensum fuit. Rem catholicam valde in aula promovet. Don Paulus Mandarinus aulae praepuuus, Gubernator prolium Regis, vir Catholicissimus, qui suo exemplo multos alios incitat, allicitque ad Christum: habet is filium adultum paternas virtutes egregie imitantem. Hic filius in Laio Patrem nostrum commorantem accessit, animumque sub eius curâ spiritualibus exercitijs excolluit, quod tanto pietatis sensu fecit, ut tū resoluerit se ad dimittenda omnia caduca mundi bona, Vxorem etiam, & aulam, quo suum omne servitium Deo consecraret, & Proximo: sed persuasit illi Pater noster vtilius multo eum in aula acturum pro solatio Catholicorum, Deum etiam habere suos in coniugio sanctos, eumque bonas respicere voluntates, atque remunerari. Et vero remuneratus est etiam in præsenti: nam dum Iunior hic Dominus cogitat se humiliare, Deus illum hac ratione exaltauit. Multi erant Magnates, qui apud Règem supplicabant pro officio Gubernationis vice eiusdem Provinciæ Regni sui, qui cym se in tanto ambientium numero resoluere non posset, cui munus conferret, ad se hunc Iuniorem Dominum euocauit, cui cum plures fauores affabili colloquio exhibuissent, coram tota aula sua eum Gubernatorem Vice-Provinciæ constituit ac promulgavit, eique ornamenta ac potestatem omnem officij contulit cum magno Catholicorum hie degentium sensu: gaudijs quidem de exultatione Domini bene meriti, & tali officio digni: doloris vero depresentia eiusdem, aulae, sibique subtrahenda profectio ne ad suam gubernationem quæ mox est subsecuta.

CAPUT XI.

*Christianorum preces valde efficaces eorumque
pietas ostenduntur.*

INTER haec Ethnicus quidam à Dæmonc obseffus ac furi-
bundus. Domesticos suos, Bonziosque diu frusta exer-
cuit, tunc levaminis causa in delubrum inductus, toroque
ibi mense sine ulla ope detentus fuit, cum Christianus ho-
minis miserrus exhibet illi reliquias sacras è collo suspen-
dendas, ac portandas: & ecce Fide portigentis reliquias,
mor à maligno hospite in seffus liberatur; docetur articulos
Fidei, credit, & baptizatur, gratusque Deo; ac hominibus,
acceptam cœlitus gratiam deprædicat. Ethnici valde rem
admirantur, & se etiam in afflictionibns Christianorum
precibus commendant.

Quantæ porro virtutis exæ sunt preces, patet pluribes
exemplis. Nuper inter milites torturæ subiectos ob pa-
quillum in Regem scriptum, unus erat Catholicus pro quo
cum ab Ecclesia preces fierent ad Deum, solus ille liber di-
missus est, cæteri omnes torturæ subiecti fuerunt. Alias
Judex quidam accusatus, convictus est partium munéri-
bus fuisse corruptus, ideoque capitis sententia à Rege ia-
cum fuit proleta. Maximos hic in aula habuit deprecato-
res, sed frustra tentata omnia. Tandem persuasus est Domi-
num Cœli (Deum scilicet Christianorum) invocare.

Vix fecerat, cum subito cor Regis fuit mutatum,
dedit enim sponte ei veniam, vinculisque ac carcere libe-
ravit, qui ut gratum se exhiberet, ad Patrem nostrum ve-
nit, beneficium à Deo Cœli collatum agnovit, prædicavit,
munera etiam Patri obtulit, & solis humanis respectibus
à nostrâ lege detinetur. Filius tamen ejus bona parentum
venia fidem nostram amplexus est.

Ceterum Rex Patribus nostris liberam in Urbe Tai-
co residentiam concessit, ubi permitti illius, quiete sua o-
beunt exercitia pro omnibus Catholicis, maxime Lusita-
nis.

Festa etiam præcipua Christi B. Virginis & S. Francisci

Xaverij obeunt hic Catholici magna cum devotione, Confessionis, & Eucharistiae Sacraenta frequentantes; etiam festo Nativitatis per quendam ex insula Canariâ Artifice prescepe Domini nou inelegans extinxerunt, Diem Cinerum, diem Iouis sanctum, cum tota Parasceue sanctâ, ut diem Paschatis singulari pietate peregerunt.

C A P V T XII.

Bonzijs nostra Fidei veritatem agnoscunt, nec sequantur.

Audacierunt etiam Bonzij se Nobiscum in disputatio-
nem immittere. De hoc grege celeberrimus unus me-
adixit volens cognoscere legem nostram, de qua multa in-
audisser. Dixi illi, ac probauit multa de veri Dei existentia,
deque illius necessaria unitate. Hic ille pressus argumen-
tis, ut Idolis sui nomen atque genus proferret, sicut eum vo-
cari aiebat, cuius etiam Patrem Matremque proferebat.
Qui ego contra Deum sine principio ac sine fine ostendi,
docuique Diaboli, hostis Dei malignam esse inventionem
honorandi Idola relicto vero Deo, qui hominem fecit, ac
solus beare potest.

Hic tum Bonzius eum nihil haberet quod reponeret,
acquieuit. Sed mane cum alio Doctiore Bonzio adfuit, ur-
sitque eximie: cum dicamus Deum esse sine Principio, cur
Beatam Virginem dicamus Dei Matrem. Hic tum eis my-
sterium incarnationis proposui, sed altius fuit illud, quam
ut talpæ cœcutientes aspergerentur. Ut tamen penitulati-
us tanta mysteria considerarent, dedi eis nostrum Cata-
chismum in 8 conciones digestum.

Primas ipsi duas exposui, reliquas de di domi legendas,
quod non sine fructu factum est, ad me enim reverentes
fassi sunt, religionem nostram esse veram, volebantque
eam profiteri, sed simul But suū, agente auaritia, & ambiti-
one colere præsumebant, nech honore omni, munieribus;
idolo suo offerri solitis penitus priuarentur: sed ostendi ijs
id fieri non posse, adducta hac similitudine subditi bovi
non valentis Regi seruire, ac hostibus Regis. Circa hoc hz-

fit eis aqua, neque adhucdum manus veritati dederunt.

At Domina una in aulâ præcipua, Princeps sanguinis Regij Uxor Domini Longuebo, omnium Mandarinorum Principis, ad nos in Taico vectacum Don Francisco Agebedo Lusitano, voluit instrui de lege nostrâ; & instructa probavit omnia; petiit Catechismum, nimirum ut curaret describi, sive que mentia altius tanta mysteria insigeret. Abiens reverentiam magnam Imagini Salvatoris in domo nostrâ propositæ exhibuit, cuius mores compositi magnumq; salutis desiderium sperare faciunt, brevi eam ad orthodoxam Religionem convertendam.

Hæc fore sunt præcipua, quæ ex literis annuis Patis Metelli Saccanæ Cultoris Vineæ illius excerpti. Orandum Deus, ut pôrro novali isti suo, largas gratiæ suæ benedictiones affundat, istasque gentes ad sui agnitionem, amoremque adducat. Amen.

PROGRESSVS
REI CATHOLICÆ
IN MAGNO
CHINE NSI REGNO,

Illique vicinis:

Principue Conversio Filij Regis Chinarum, aliarumque Principaliū Personarum. Item Delegatione R. P Michaelis Bonyn Societ. Iesu Sacerdotus ad suam Sanctitatem Romanam ablegati: De qua magna Spe conversionis Tartarorum, & regni Tunquin. Translatæ recenter ex Gallico Insulis impresso.

P R A E M O N I T I O

AD LECTOREM.

A Mice lector, ad meliorem sequentis narrationis intelligentiâ, scito ex P. Nicolai Trigautij exper-

ditione Chinensi, lib. 1.c.2. quod China, sive Sina, ut aliqui scribunt, sit ultimum & maximum regnum in Oriente, quod nonnulli vocant Cataium. Huius incolæ dicuntur Hippophagi, hoc est equorum devoratores, quia inibi, sic vescuntur ipsi equina, uti nos his in locis bubula sustentamur.

Bene vocatur Magnum Regnum, quia numerat 15. Provincias, tantæ magnitudinis, ut singulæ possint iure merito Regnum appellari. Sunt in hoc Regno magnæ ac potentes Vrbes 247. communes 1152. sine Fœminis, prolibus, Officialibus, Doctisque personis, sine cognatis Regis, atque militibus, (quorum etiam tempore pacis 1000000. à Rege aluntur) in China numerantur Viatorum 58. Millions, hoc est, 550801 capita, quæ Regi annum pendunt tributum. Ex quibus Animarum hoc in regno multitudo cognosci potest, digna quæ orationibus piorum hominum ad fidem orthodoxam adiuvetur.

PROGRESSVS CATHOLICÆ RELIGIONIS IN CHINA

CAPUT - I.

Providentia Dei, Regnorum & Religionum mutationes, uti in hoc Chinensi regno, attristuendas esse.

ANIMADVERTERUNT historiarum periti, communites post mutationem Status Secularis in Rebus publicis

blicis, mox etiam secutam fuisse Religionis in tota patria conversionem Doctri in Politicis, sive Astronomicis solant huius naturales planè rationes communisci; sed cœ- esset, qui non recognosceret, Deum solum esse, qui corda Regum in manibus habeat, quique regnum & Religionum mutationes permittat, ad punitionem eorum, qui oblatam veræ Fidei gratiam vel respuerunt, vel ea indignos se exhibuerunt, quam alijs interim Gentibus, quæ nomen suum nec sciverunt, nec unquam invocaverunt, communicat bonus Deus. Hoc veritati consonum clarissimè paucis ante annis cognovimus, quando placuit Deo Ter. Opt. Max. Viros Apostolicos, maximè Sanctum Franciscum Xaverium, aliosque Patres Societatis Jesu excitare, ad deferendam veræ Fidei lucem ijs populis, quos Sol primis suis radijs illustrat: dum in Germania, alijsque Septentrionalibus Provincijs plures se ab Ecclesia Catholica segregant, & sponte tenebras errorum amplectuntur.

Hoc opus per divinam nuper Providentiam egrégie promotum fuit, ex occasione à Tartaris antenominatis data, qui malo dolo hoc Chinense regnum subiecte sibi attenerant, sed Deus in melius, maiusque bonum do- los convertit, uti ex sequentibus fieri manifestum.

CAPUT II.

Initium, & propagatio Catholica Religionis in China.

Sanctus Franciscus Xaverius posteaquam in India, atque Iaponia annis decem fructuosè semen Euange- lij disseminasset, multaque ibi hominum millia verbo Dei, vita innocentia, miraculisque ad Fidem Catholicam convertisset novellis eriām Christi ovibus de bonis Pa- storibus prospexit, ardentि desiderio flagravit con- ferendi se in Chinense regnum, eā maximè de causa, quod omnes ferē totius Orientis Provinciæ supersti- tiosas Religiones suas à Chinensibus fuerant mutuatae. Quia vero diuina Providentia aliter disponente regnum

ipsum ingressus non sit, sed in eius littore laboribus confectus, Anno 1552. vitam posuerit: post mortem suam à Deo Optimo Maximo precibus, meritisque suis obtinuit, ut aditus, qui multis seris erat interclusus, Catholicæ Religioni per Socios suos Societatis Iesu Patres, aperiretur. Haud enim diu post, dicti Patres varijs modis ac vijs ingressum in Chinam tentaverunt, quo Fidem ibi Catholicam prorsus incognitam annuntiarent. Quoniam autem certa lex in eo regno, omnia mercimonia, & negotiations cum exteris interdixerat, & tum adhuc in usu, ac vigore erat, remiserant tamen Chinenses multum de severitate edicti, ut sic Pater Marthæus Riccius, licet non sine praesentissimo viræ periculo, se in regnum penetrarit, ibique prima Evangelij semina fecerit, primosque fiuetus retulerit. Introivit paulo post in labores messemque maturecentem cum alijs sui Ordinis Operarijs P. Nicolaus Trigantius, qui simul egregijs suis laboribus, Fidei negotium non mediocriter promoverunt. Per hos cum tempore plures Magnates, & Mandarini (sunt hi Doctores, ac præcipui totius Patriæ Oficiales) aliqui etiam Regij Sanguinis Viri, ac Mulieres conversi sunt ad Catholicam Fidem, quos interfuit etiam Domina Helena, mater imperantis modo in China Regis. Hæc fere est brevis, ac compendiosa in eo regno initiorum Catholicæ Religionis summa.

C A P U T III.

Eversio Regni Chinensis per intestinum malum, per que Tartaros in auxilium male vocatos.

Rex qui eo tempore imperij gubernacula tenebat, dius Lie, miserandum fortius est exitum, ut in hi-

historia singulari, hae super re scripta, videri potest:
Cum is enim intellexisset vnum ex suis Eunuchis (sunt
illi, sicut apud nostros Principes atque Reges, autem
clavis Domini Cubicularij) tumultus graues in populo
coocitasse, magnum exercitum contra se in campum
eduxisse, iamque cum Nanquinum præcipuam regni ur-
bem, & septem velocto rotas Provincias possidere, quod-
que etiam tunc contra se moueret ad obsidendum, in-
vadendumque eum in aula maximæ, atque potentissi-
mæ regiae Urbis suæ Pequini, voluit huic instanti ca-
lamitati nova miseria subvenire.

Ne enim quispiam regij sanguinis in manus hos-
tis, imo serui sui veniret, ipse metet Reginam, Coniugem
suam luculento igni immisit, & in cineres redigit, quin-
que liberos suos occidit, deinde sibi ipsi violentas ma-
nus intulit, ac confecit. Sic dictus Eunuchus ac Tyrannus
præcipuas urbes, oppida, aliaque Regni loca sibi subiecit.
Hinc Inquilini coacti fuere à Tartaris sibi vicinis auxilia
petere, cum quibus fœdus inierunt, quo se Chinenses ad
sustinendos conferendosque omnes belli sumptus ob-
ligabant, modo armorum suorum vim conferrent, se-
que ac sua omnia contra iniquum Regni inuasorem de-
fenderent.

Sic ergo Anno 1644. Chinenses Tartaris ape-
ruerunt portas admirabilis, ac stupendi muri sui, qui
regnum eorum ab ipsa Tartaria separat, securumque
præstat, quique à pluribus quam sexcentis armatorum
millibus custoditur. Postquam iij in regnum intromissi
sunt, notaruntque Chinenses militiae parum peritos
esse: postquam etiam experientia cognoverunt ter-
ram Chinensem sua illa quam deseruerunt, esse mul-
to piangiorem ac meliorem, apud se coneluserunt,
occupatam armis terram sibi detinere. Ideo cum Eu-
nuchus ille hostis & Tyrannus Chinensium in con-
flictu graui exercituum interemptus frislet, eiusque
regnum euersum cecidisset, Tartari viatores suum Pe-
quini, in urbe regiæ dominatum erexerunt haud me-
liori iure, quam iij ad quos profligandos emocati fue-
runt.

C A P U T . I V.

Eversi Chinensis Regni admirabilis ope diuinâ restitutio,
 & Catholica Fidei ampla
 introductio.

FA Tatarorum perfidia Chinensibus oculos aperuit, intellectum dedit, eoque permovit, ut ex cognitione defuncti Regis LIE, alium sibi Regem deligerent, quod tamen iutelicitet esse. Tatars enim potenti suo exercitu tertium cum Chinensibus, atque novo Rege confluxerunt, semperque victores evaserunt, & tres ipsorum Reges, electo uno post alterum, diversis tribus prælijs debellarent, prostratisque exercitibus regno, vitaque exuerunt. Videbatur tunc imperium Tartarorum simiter esse stabilitum, sed Deus regnum Moderator Supremus excitavit quosdam Chinenses populos ad meridiem sitos, qui unanimiter in Regem sibi elegerunt JULIE, (qui hodieum imperium tenet) quanquam is in principio diu electioni est relutatus ob infelicem aliorum Regum successum. Ad hanc tandem coronæ admissionem, atque acceptationem, multum operæ contulit Regis Mater Domina Helena, iam tum Catholica, Dominusque Achilleus, huius Princeps Major Domus, sive Aulæ Præfactus, zelosus, uti Domina Princeps sua, Catholicus.

Sic ergo huius Dominae filius JULIE dictus in Regem Chinorum coronatus est anno 1647. moxque ex consilio R. Patris Hieronymi Xaviér Societatis Iesu Sacerdotis, natione Germani, & in Germania Wolfgangus Cöffler dicti, votum fecit Vero Deo, pro auxilio in sua contra Tattaros causa impetrando, & ecce huius in prima belli expeditione, feliciter Cantonam (unam ex præcipuis Chinæ Urbibus) occupat, habitaque conflictu hostem superat, ac debellat, mox etiam quinque rotas Provincias eadem felicitate subiicit sibi, atque recuperat.

His

His factis Regis mater, diu ante baptizata, non cef-
tabat Filio obligationem proponere, quam erga Deum
Christianorum contraxerat; addebatque, ab eo certo
estitutum iri maiorum suorum hæreditatem, si eum
verum Deum recognoscere vellet. Sed quia communi-
ger via in Oriente potentissimè corda Regum de vincita-
ment in sua superstitione, nihil tum circa conversio-
nem Regis, factum fuit. Permisit tunc Deus, ut Filius
Regis, ætatis quinque vel sex annorum incidenter in tam
gravem morbum, ut Medicis omnes de salute eius despe-
rarent, seque à curatione eius retraherent. Sic Rex co-
actus est dictum Patrem VVolfgangam ad se evocare,
qui mox Regi certam Filii sanitatem procurandam addixit, si
cum venia suæ Maiestatis Catholice eum baptizari à se
permitteret. Huic petitioni sine morâ Rex assensum
præbuit, & mox Junior Princeps lustralibus aquis à
Patre ablatus, Constantinus vocatus fuit, quod Tantum
Chinæ lingua redditur. Et ecce statim primo die Regis
filius sanior evadit, quam unquam antea fuerit. Post hoc
mox etiam Regina, Domina Mater Iunioris Principis
cum vla Sororum baptizata fuit; Regina Anna vocata
uit, Sutor vero Maria.

C A P U T V.

*Regis Chinensis gratitudo ob filium senatum, Filij-
que zelus infide Ca-
tholica.*

ANNO 1548, mense Martio, ablegauit Rex Macaum
sex Mandarinos, misitque per eos dona suâ Ma-
estate digna: Nimirum magnam peluim argenteam ab-
quendis manibus aptam, sex etiam magna argentea can-
delabra, quæ ita sibi ibiDEM in Patronum Societatis Jesu
templo offerri in gratiarum actionem adeptæ Filij sui
sanitatis.

Junior Princeps ætatis suæ iam modo annorum
D 4 da-

duodecim, ablegavit Reuerendum Patrem Michaelm Bouyn natione Polonum, Societatis IESU Sacerdotem, Romam ad suam Sanctitatem, cum magna & insigni tabula argentea, Chinensibus characteribus conscripta, qua totum regnum suum Apostolicæ sedi subiiciebat, seque Filium Catholicae Ecclesiae profitebatur. Eadem literæ memorabant Regem ipsum Principis huius Parentem evixè baptismum expetijsse: sed Patres vultis de causis eum adhuc differendum existimabant. Pari modo hisce in terris fiunt magnoꝝ ad orthodoxam Fidem conuicções, ab eo tempore, quo licuit eam publice annuntiare, adeo ut singulis annis plures, ibi quam sex millia hominum salutaribus Baptismi aquis Deo regenerentur.

Et hæc sunt ultima, quæ ex hoc regno noua accepimus. Hoc vero regnum tantæ habet magnitudinis & capacitatris, ut in eo plures numerentur inquilini, quam in omnibus simul Europæ totius prouincijs.

C A P V T VI.

De inductione Fidei Catholica in vicina Chinensibus regna.

Commemorata superius tanto gratiora, felicioraque cœnlenda sunt, quod proximam spem faciant convertendorum etiam Tartarorum, qui sunt Chinensibus contermini, & iam in regno ipso inquilini: Nam sicut operarij, qui ijs in locis Christi evangeliū annuntiant, in omnibus querunt commoda, & profectum Chinensium, sic etiam dederunt operam, ut Tartaris innotescerent: quod facile aſſecuti sunt per idoneas Artes liberales, & Instrumenta Mathematica, (quæ ipſi ex Europa secundū attulerant.) Pater Societatis qui in Urbe Paquin versatur, Fabri nominatur, natus est hāud procul ab Avignon in loco Mouriers dicto, quem Lusitani & Tartari Sanctum hominem vocitabant. Non sunt

sunt hi populi tam addicti vitijs , atque Chinenses: benignas aures præbent ijs, qui de nostræ Fidei myste- rijs loquuntur.

Quod si fieret, ut cogerentur deserere ea, quæ in China ipsi occupaverunt (inter quæ Paquinum, Nanquinumque adhuc tenent), aiunt, se tamen suos Doctores non dimisuros, quod occasio esse poterit ingrediendi, Fidemque introduceendi in vasta Regna Catay, & Puissant, quæ hi populi inhabitant.

Et ecce dum hæc literis consignavimus, à Patri- bus Societatis JESU in regno Mogor agentibus certiores reddimur, Juniores Tarrarorum Principem, & Gubernatorem in China, Paquinum fatis concessisse, eiusque Avunculum & Cognatos cogitare discedere, & se ad sua recipere. Intelligimus etiam Regem novum Chi- nensem Juliè totum fere regnum suum recuperasse.

Reverendus Pater Martinus Martini Societatis JESU Sacerdos, Tridenti natus, in vinea Domini apud Tartaros bonus operarius, venit eodem fere tempore Röam, quo P. Bovyn, etsi neuter de alterius adventu quicquam intellexisset. Illius intentio finisque est, ut cum sua Sanctitate de conversione Tartarorum a- gat.

Hæc sunt quæ dicti Patres scripsérunt P. Alexan- dro Rhodes, qui modo in Francia versatur, seque parat ad redditum in eas terras, in quibus antea triginta annis & amplius populorum saluti incubuit.

Addunt etiam Catholicos magnam iacturam pas- sos per mortem immaturam Patris Felicis Mortelli Ita- lii Societatis Iesu, qui animum Regis Tunquin totum sibi devinxerat, usque adeo, ut eum in filium adoptarit. At postquam hic Pater divinâ permissione fatis con- cessit, mandavit Rex, ut tota Aula secum lugubri habitu dolorem testaretur, mortemque Patris deplangeret. Hie Princeps necdum ad Catholicam Fidem conversus, non est Christianis adversarius. Persolvit tributum Imperatori Chinorum, à quo Maiores sui tempore circiter Caroli Magni se divulserunt, & huc usque regnum hoc (quod tantum est, quanta tota Francia) obtinuerunt. In hoc regno,

regno memoratus Pater Alexander Rhodes supra quadraginta hominum millia salutaribus Baptismi aquis absuluit, ut historia particulari pertractatum, typisque expressum habetur.

C A P V T VII.

Quis status vicini Iaponia regni.

HÆc in præsentiarum sufficient ad eos, qui bene exaga salutem Gentium earum affecti sunt, inducendos, ut Operarijs in hac Domini vincâ, auxilio sint, saltē orationibus piè ad DEVM fuisse. Pari modo visera misericordiæ pij aperiant Christiani erga vicinum Japoniæ regnum miserrimè modo afflictum: nam in ea facile centum millia Christianorum tam graui persecutio subiaceunt, quam vaquam passa sit Ecclesia: gemunt, & suspirant nouelli Milites Christi feruente contra eos Tyrannide. Superiori anno Nangasachy in parua tantummodo platea centum nonaginta sex Christiani in vincula rapti sunt, quorum triginta mox in loco necati, alij adhucdum omnes, cum hac scribebantur, carcerebus inclusi detinebantur. In hoc, toto regno non superest nisi unicus Societatis JESV Sacerdos, qui, iam ab anno integro sustinet grauissimas ardentium aquarum, fustium, & foucarum fumo, serpentibusque infestarum pœnas. Decem illi Patres ex eadem Societate, qui anno 1644. eò missi sunt, omnes diuersis tormentis affecti viuendi finem fecerunt.

Sic iam ab anno 1615, quo persecutio hæc cœpit, numerati sunt 97 Martyres è Societate, qui sanguine Fidem Catholicam in Iaponia testati obierunt.

Id nobis firmam spem concipere facit, futurum ut misericordissimus DEVS respiciat afflictionem Populi huius, audiatque voces sanguinis, ab his Christi Heroibus effusi, vindictam in cælum clamantis, ac tandem post tot

tot exanctatas p̄secutiones fidelibus Christianis pacem
ac tranquillitatem indulget.

C A P U T VIII.

Quomodo Pater Michael Bouyn Polonus Societ: IESV
Sacerdos, à Chinensi Regio Principe missus
Romam ad suam Sanctitatem Le-
gatus, Venetijs sit
exceptus.

RElatio conuersiois junioris in China Regis, eiusque legatio ad Sedem Apostolicam per Patrem Michaeliem Bouyn missum ex dicto regno in Europam, obligat me ad ulteriorem communicationem eorum, quæ indies de itinere dicti Patris recognosco.

Quam primum Pater Michael Venetias appulit, Senatui se illius Reipublicæ præsentem exhibuit. Factum id 17 Décembri, cum ad palatium est deductus concurrēte ex omni parte magno populo ad asperatum huius Legati Chinensis maximopere anhelante.

Introductus in locum Senatus habuit ad Serenissimum Ducem illius, sermone Italico orationem, quæ causas, itineris sui explicabat. Exhibuit tum in albâ telæ Attalicæ crumena regias suæ commissionis litteras, Chinensibus characteribus conscriptas, vnaque suas, ut vocant, credentiales purpureis literis exaratas.

Narrabat etiam Regem ipsum Chinensem, postquam ab Europæis intellexisset felicem huius Senatus gubernationem, voluisse hac eadem occasione declarare magnoam à se conceptram estimationem, atque respectum, quem de ea conceperisset. Audita ea oratione Dux ad eam humanissimè respondit.

Tum nobilis adolescens Chinensis comes Legati Patris, Serenissimum Duxem lingua & more patrio, ter ge-

genibus flexis salutauit. Pater vestitus erat habitu Doctorum, qui Mandarini eo in regno vocantur. Alter comes, albo Persarum vestitu vtebatur. Fuit uterque huic Reipub: gratus valde, & acceptus.

Hac peractâ ceremoniâ, Vir equestris ordinis à Serenissimo Duece constitutus fuit, qui Patrem alterumque Chinensem per templa urbis deduceret, qui armamentarium, gazophylacium, aliaque præcipua in urbe loca, atque palatia ostenderet.

Sub vesperam idem Legatus visitauit Illustrissimum Nuntium Apostolicum illic commorantem, & postea Venetum Patriarcham. Parat se modo ad iter Romanum versus, ut suam Sanctitatem conueniat, ut mandato sui Regis, Regiorumque Principum, qui eum ablegarant, satisfaceret.

Qui maximè Fidei Catholice negotium in Chinensi regno promouet, est Don Achilles adulterus iam, & zelosus Christianus, qui præcipuus in aulâ Regis Juliæ fuit, antequam ad imperij gubernacula deueniret. Assumptâ regni coronâ Rex eum creauit magnum Cancelarium, omnisque sui exercitus Generalissimum: Imo & Vice Regem trium Provinciarum, quarum singulæ totam Italiam adæquant. Hic Dominus religiosissimus procurauit hanc, ad suam Sanctitatem Legationem, promouit, & effectui mancipauit. Hic idem R. Patrem Bouuyn à argenteâ Lamine Chinensi & latino sermone conscripsâ onerauit, vt eam offerret in gratiarum actionem ad

sepulchrum Sancti Ignatij Romæ, quod à Patribus Societatis IESV ad Orthodoxam Fidem con-

versus sit. DEVS Opt: Max: det, vt plu-

res hanc gratiam recipient, Fide-

lesque Christiani effecti, æter-

nas illi gratiarum actiones

hic & in cælesti pa-

tria persol-

*Col. j. Socie. S. I. Herbijol.
Quapt!*

A M E N.

OMNIA
A D M A I O R E M
D E I
G L O R I A M,
PIORUMQUE CATHOLICORUM
C O N S O L A T I O N E M.

03534

गुरु गुरु



TA 653
158 p





